



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

Liber VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

# LIBER SEPTIMUS. TITULUS I.

## De Iure Beneficarii in Beneficio.

### SUMMARIA.

- 1. *Continuatio.* *ne.*
- 2. *Ius Beneficarii consistit* 3. *Qui quibus in rebus con-*
- in fructuum perceptio-* *sistant.*

**S**equentes Methodum pradicatam tractabimus libro 1  
hoc de *Iure* quod habeat *Beneficarius in beneficio suo.*

Consistit illud in *fructuum* seu reddituum Ecclesiasticorum, directe ad ejus sustentationem ratione Tituli, Beneficii & residentia deputatorum, *perceptione.* 2

Qui, quibus in rebus consistant, & quomodo debeant dispensari, videndum.

Consistunt autem vel in *bonorum immobilium*, ut agrorum, domorum, & similium *possessionibus*: vel in *decimis, primitiis, oblationibus, canonica portione Episcopali, Cathedralico, Decimationum Quarta, Charitativo subsidio, procuratione, canonica portione seu quarta Parochiali, Legatis ad Pias causas; & distributionibus quotidianis.* 3

De bonis immobilibus videbimus primò: Et de earum usurpatione aut subtractione: Et alienatione sive inter vivos; Deinde de Fructibus beneficiorum in genere; ibique de mortis causa alienatione: postea de caeteris singulis in specie.



## TITULUS II.

## De bonis Ecclesiæ immobilibus.

## SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Bona Ecclesiæ seu Beneficiorum quæ.                   | 5. An præscribi possint.  |
| 2. Ea non possedit olim Ecclesiæ. Permisit Constantinus. | 6. An etiam præscriptio locus in bonis aliorum priorum locorum. |
| 3. Ad quid.  | 7. Ut procedat, quæ requirantur.                                |
| 4. Eorum curam gerunt Præsules: Et qualem.               | 8. Quæ currat contra Ecclesiæ Romanam.                          |

**B**ona Ecclesiæ, seu Beneficiorum Ecclesiasticorum, sunt agri, vel prædia, domus & oppida, eorumque possessiones. In initio nascentis Ecclesiæ, talia non possedit Ecclesiæ, sed ei oblata vendebantur, ex pretio inde redacto alebantur pauperes & Ecclesiæ Ministri. Postea temporibus Papæ Urbani I. incipit prædia possidere: *can. videntes. 12. qu. 1.* permittente hoc præcepto Imperatore Constantino Magno. *can. futurum. 12. qu. 1. can. Constantinus. dist. 96. c. fundamenta. de elect. in 6. l. 1. Cod. de Sacrosanct. Ecclesiæ.*

Ex quo tempore cœperunt fideles proprias facultates Ecclesiæ tradere pro Ministris ipsius Ecclesiæ sustentandis, & ad cultum divinum exercendum, & alimenta pauperibus eroganda: & propterea hæc bona dicuntur vota fidelium, peccatorum pretia, pauperum patrimonium. *can. indignè. 12. qu. 2. cum. quia juxta. 16. qu. 1.*

Eorum curam paternam Ecclesiarum gerunt Præsules; *can. quædam autem. vers. si autem. 23. qu. 7.* Qui eis non tanquam propriis, sed ut commendatis uti: *can. sine exceptione. 22. qu. 2.* vel tanquam commendata pauperibus erogare debent; *can. res Ecclesiæ. d. caus. & qu. ut infra.*

Corvinu  
De Personi  
et Benefic. Eccle

G IV  
32



titulo de fructibus Beneficiorum ostendemus: Debent etiam ea confer-  
vare, tueri; si quæ debeantur Ecclesiæ, ea, non propriâ, sed iudicis au-  
thoritate, exigere, recuperare. *can. 1. cum seqq. 16. qu. 6. c. 1. de præ-*  
*script.*

Præscribi tamen à bonæ fidei possessore, *per tot. 16. qu. 4. can. qua-*  
*situm. in fin. 1. qu. 3. c. illud. c. vigilant. c. si diligenti. de præscript.* olim  
annis triginta; *can. 1. caus. 16. qu. 4. can. quæsitum. in fin. 1. qu. 3.* hodie  
quadraginta, *c. de quarta. c. illud. de præscript.* Covarruv. in *reg. possessor.*  
*part. 2. §. 2. num. 3. vers. imò. Padil. in l. 2. à num. 45. Cod. de servit. Monet.*  
*de decimis. qu. 9. num. 154. Lessius de just. & Jure. lib. 2. cap. 6. dub. 8.*  
*num. 251. possunt.*

Quæ præscriptio etiam locum habet in rebus hospitalium, & alio-  
rum locorum piorum, in pauperum usus institutorum: *Zyrauel. de pia*  
*causa. privileg. 30. Covarr. d. part. 2. §. 2. num. 3. Valasc. consil. 105. num.*  
*42. Molin. de just. & jure tract. 2. disput. 72. num. 3.* in una Ecclesia præ-  
scribente contra aliam: *Rota decis. 208. num. 1. part. 1. recent.* in præ-  
scribendo fundo in dotem Ecclesiæ dato: *c. sicut. ubi Gloss. de consecrat.*  
*Eccles. c. ad aures. ibi: omnes prorsus. de præscript. Balbus de præscript. 1.*  
*parte 5. num. -- Paris. cons. 27. num. 58. lib. 1. in privato rem indivisibilem*  
*cum Ecclesia communem habent: Balb. d. loco. num. 35. Abbas in d. c.*  
*de quarta. num. 19.* in Ecclesia, privato, cujus res immobilis præscribi  
coeperat, succedente. *Bart. Bald. Jason. & commun. Dd. in Auth. quas*  
*actiones. Cod. de Sacrosanct. Eccles. Abbas consil. 114. num. 2. lib. 2. & in*  
*d. c. de quarta. Balb. d. loc. num. 33. per Auth. quod si. Cod. de longi tempor.*  
*præscript.*

Sed ut procedat, debent res pertinere ad Ecclesiam principaliter, 7  
non secundario: *Gloss. in c. audientiam. verb. principaliter. de præscript.*  
esse in Ecclesiæ dominio, non quasi, in quibus tempus sufficit ordinari-  
um; sed vero & proprio. *Bald. in l. si ve autem. §. si duobus. ff. de public.*  
*in rem act. Angel. Imola & alii in l. usucapionem. ff. de usucapion. Jason. in l.*  
*ut. num. 13. & Auth. quas actiones. num. 2. Cod. de Sacros. Eccles. Balb.*  
*ubi supra. num. 14. Barbosa. juris Ecclesiast. univ. lib. 3. cap. 28. num. 21.*  
esse immobiles, aut quæ pro talibus habentur. *c. illud. c. ad aures. c. de*  
*quarta. de præscription.*

Con-



8 Contra Ecclesiam Romanam, ex speciali Imperatorum & Pontificum Romanorum privilegio currit tantum centenaria praescriptio *can. fin. 16. qu. 3. c. ad audientiam. c. fin. eod. d. Auth. quas actiones. d. l. p. Cod. de Sacros. Eccles. Boër. decis. 264. num. 24. & 25. Covarr. in d. p. possessor. part. 2. §. 2. num. 3. Balb. de prescript. 1. part. 5. num. 15. con. seqq. Pinell. in Auth. nisi num. 27. Cod. de bonis maternis. Barbof. d. d. num. 23.*

## TITULUS III.

## De bonorum Ecclesiasticorum usurpatione, aut subtractione.

## SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Bona Ecclesiae quibus debeant esse nota. | 5. In quantum Canonum Bonorum Ecclesiasticorum Usurpationum extinguentur. |
| 2. Redigenda in Inventarium.                |   |
| 3. Eorum Usurpatio vetitata;                | 6. Opem ferentes iudicibus quibus Usurpatores puniuntur.                  |
| 4. Usurpatores quomodo puniantur.           |   |

1 **B**ona Ecclesiae à Bonis Prælatorum debent distingui: *can. manifesta. 12. qu. 1. & nota esse, non solum ipsis Prælatibus sed & Canonicorum Capitulo: can. manifesta. d. caus. 12. qu. 1. nec non Ecclesiarum Patronis, vel alius earum curam habentibus.*

2 Redigenda propterea, coram Iudice Ecclesiastico; *Marc. de Delphin. 105. part. 1. Marta de Jurisdic. part. 4. casu 122. num. 16. d. iura*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccle

G IV.  
32



inventarium: *can. 46. charitatem. 12. qu. 2.* & in archivam deponenda. *Piafec. de prax. Episcop. part. 2. cap. 5. art. 4. num. 2.*

Usurpatore aut furtivo vetantur. *can. monemus. cum seq. 12. qu. 2.* 3

Usurpatores, si laici, nisi restituant, excommunicantur: *can. quicung. cum seq. can. 22. de rebus. 12. qu. 2.* si ipsi Rectores Ecclesiarum, usurpata reddere jubentur: *can. monemus. can. non habent. cum seq. d. caus. & qu. can. 1. caus. 12. qu. 3.* furtivos, rapientes, invadentes, ut sacrilegi puniuntur: *can. nulli liceat. can. pr. edia. can. hoc hujus. in fin. can. in legibus. 12. qu. 2. can. qui oblationes. il. 2. in fin. 13. qu. 2. Decium tract. crimin. lib. 6. cap. 30. in princ. & num. 10.* Ecclesia vacante hoc facientes ipso jure excommunicantur. *c. generale. de elect.* Clerici, talia facere presumentibus se non opposcentes, à fructuum perceptione ipsarum Ecclesiarum, pro rata temporis quo in culpa extiterint, suspenduntur. *d. c. generali.* Vacante Ecclesia, bona ejus occupantes, inter se dividentes, furtivos, dilapidantes, aut consumentes, ab officiis, & beneficiis, donec plene restituerint, ipso jure suspenduntur: *c. quia sepe. de elect. in 6.* Prælati præsentationem dignitatum vel beneficiorum inferiorum obtinentes, tempore vacationis, bona in ipsis inventa, aut obvientia, in usus suos nullo jure convertentes; si Episcopi sint, ab ingressu Ecclesiæ; si non, ab officio & beneficio usque ad restitutionem suspenduntur: *c. presenti. de offic. Ordin. in 6. Boer. decis. 340. num. 2.* secundum Concilium Tridentinum *sess. 22. de reformat. cap. ult.* res Ecclesiasticas qualescunque in usus suos convertentes, tam Laici quam Clerici, usque ad restitutionem, à solo Pontifice absolvendi, excommunicantur: *vid. Villagut. de reb. Eccles. restit. lib. 2. cap. 2. num. 5. cum seq. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 31. num. 26. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. num. 134. vers. 13.* hodie censura Bullæ Coenæ reservata innodantur; *Glorit. resp. 12. num. 7. Barbof. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 29. num. 12. in fin.* Ipsi Ecclesiæ Patroni si fecerint, ultra prædictas poenas, jure patronatus ipso jure privantur: *d. cap. ult. Concilii Tridentini. Gallet. in Margarita casuum conscientie. verb. Jus Patronatus. pen. Leo in Thesouro fori Eccles. part. 2. cap. 21. num. 31. Virian. in praxi Juris Patron. part. 3. lib. 15. cap. 3.* Clerici beneficiis privantur, ad alia beneficia obtinenda inhabiles declarantur, à suorum Ordinum executione,

[Uu]

ne,



ne, etiam post satisfactionem integram & absolutionem arbitrio Ordinarii suspenduntur. *Concil. Trident. d. loco. Navar. in Manuali. cap. 23. num. 110. Reginald. in d. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 254. in fin. Barbof. d. loco, num. 14.*

5 Adeo ergo Canones rerum Ecclesiasticarum Usurpationem damnant & execrantur, ut crimen hoc sacrilegii poena, & excommunicatione, atque suspensione, interdicto, ac privatione, imò homicidii poena, *can. 1. 12. qu. 2.* dignum iudicent. *vid. can. Episcopus. can. ex hi. 12. qu. 1.*

6 Qui consilium, vel opem & assensum præstiterunt, nec non qui, cum deberent, se non opposuerunt, poenis similibus condigni iudicantur. *Barbof. d. loco, num. 15.*

## TITULUS IV.

## De Bonorum Ecclesiasticorum alienatione.

## SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Prohibentur Bona Ecclesiastica alienari. Utroq; Jure. | 6. Alienantis tamen poena.                      |
| 2. Quare.  | 7. Alienata à quolibet vocari possunt.          |
| 3. Alienationis voce quæ hic veniant.                    | 8. Emtor, etiam bona fidei, restituere tenetur. |
| 4. Vetantur & alienari Ecclesie jura.                    | 9. Consuetudo in contrarium non valet.          |
| 5. Ejus servi manumitti sed non semper.                  | 10. Pralati alienantes quomodo puniantur.       |

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccle

G IV.

32



- |   |   |
|---|---|
| 11. <i>Qui illicitè alienavit, an ipse rectè ad restitutionem rei agat.</i>     | <i>do pecunia, aliquando non.</i>   |
| 12. <i>Locans predictas pœnas non incurrat.</i>                                 | 21. <i>Semper arbores cadi non solita.</i>  |
| 13. <i>Quando tamen.</i>  | 22. <i>Res modici valoris quales sint, alienari possunt.</i>  |
| 14. <i>Nec incurrit hereditatem Ecclesia sua relictam sine causa repudians.</i> | 23. <i>Quæ tales sint relinquitur iudicis arbitrio.</i>   |
| 15. <i>Nec legatum Ecclesia sua relictum remittens.</i>                         | 24. <i>Res Ecclesia damnosa rectè alienantur.</i>   |
| 16. <i>Damnum tamen datum ex propriis bonis rescircire tenentur.</i>            | 25. <i>In emphyteusin dantur.</i>   |
| 17. <i>Petit rectè Ecclesia Restitutionem in integrum.</i>                      | 26. <i>Ut &amp; alia in emphyteusin dari solita.</i>  |
| 18. <i>Patitur dicta Regula de non alienandis rebus Ecclesia exceptiones.</i>   | 27. <i>Ut tales censeantur, quæ requirantur.</i>  |
| 19. <i>In rebus mobilibus qua servando servari non possunt: &amp; quæ illa.</i> | 28. <i>Si Ecclesia incapax, ei relictæ rectè alienantur.</i>  |
| 20. <i>Rebus immobilibus annumerantur aliquan-</i>                              | 29. <i>Bonorum mensæ suæ usum fructum rectè alteri concedit Prælati.</i>                                  |
|   | 30. <i>Qualiumcunq; rerum pretiosarum alienatio non permittitur, nisi sint ex justa causa, &amp; ser-</i> |



Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesie

G IV.  
32

340 ARNOLD. CORVIN. De Benefic. Ecclesiast.

- vata forma à jure pra-  
scripta.
31. *Iusta causa est Necessitas.*
32. *Utilitas.*
33. *Manifesta.*
34. *Pietas.*
35. *Incommoditas.*
36. *Solemnitas forma ad alienationem requisita in quibus consistat.*
37. *Voluit consuli Papam Paulus II.*
38. *Quando ejus consultatione non opus.*
39. *In dubio presumuntur solemnitates observari ex diuturnitate temporis.*
40. *Nec obstat constitutio Pauli IV.*
41. *Si non servata forma, alienatio est nulla.*
42. *Ecclesie conceditur vindicatio.*
43. *Quam vim habeat in his Consuetudo.*

**I** **V** bona Ecclesiastica non possunt usurpari; sic nec alienari. Prohibent hoc passim jura, non tantum Canonica, (quibus præcipue stamus hac in materia) etiam cum antiquioribus actus. *can. Abbatibus. 41. can. sine exceptione. 52. c. postquam.*

12. qu. 2. c. nulli liceat. 5. cum seq. c. fin. de reb. Eccles. alien. c. vltima. sed & Civilia; *l. jubemus. 14. Auth. hoc jus. cum seqq. Cod. de Sacros. Eccles. qua vim habent, quatenus jure Canonico confirmata & receptæ, neque enim alias Laicorum statuta super rebus Ecclesie quid possunt. Ratio est: Cum ne contingat Ecclesias bonis spoliatas deferri, dum non est casus de alantur Clerici divino ministerio adstricti; tum quia Presbiteri et Clerici non sunt Domini, sed tantum Administratores: *can. si presbiterum. 12. qu. 1. & licet cum libera, non tamen ut perdant disponendi aut alias temere alienando: Gloss. fin. in c. cum nobis. 19. sup. de elect. Item potius tutorum aut curatorum instar, qui res minorum curant, quorum Jure gaudet Ecclesia. c. 1. de in integr. restit.**

Aliena-



Alienationis verbum, hic, non tantum denotat actum, quo ple- 3  
num in alium dominium transfertur, cujuscumque est *venditio, donatio,*  
*permutatio, heredis institutio, legatum;* verum & per quem dominium  
utile transit, ut *feudum, emphyteusis,* aut jus in rem quaeritur; ut *pignus;*  
ejusve usus diminuitur: ut *ususfructus, locatio in longum tempus.* d. c.  
*nullis liceat. §. alienationis. can. Diaconi. can. precaria. can. quicquid. cum*  
*seqq. can. alienationes. can. sine exceptione. 12. qu. 2. can. 1. caus. 10. qu. 2.*  
*c. 1. c. cum in officiis. cum seqq. de transact. c. Ambitiose. Extr. com. de reb.*  
*Eccles. alien. l. ult. Cod. de reb. alien. non alienand. l. 1. Cod. de fundo dotali.*

Sed nec per jura actiones vel nomina debitorum alienari permit- 4  
tuntur: *Abbas in d. c. nulli liceat. 9.* Neque etiam servitus aliqua de novo  
Ecclesiae imponi potest. *Valens in paral. num. 5. Canisius in comm. ad d.*  
*c. nulli liceat. num. 2. de reb. Eccles. alien.*

Venit & alienationis nomine manumissio servorum Ecclesiae uti- 5  
lium *l. consensus. 3. c. Episcopi. 4. eod.* Quae tum permittitur, si manu-  
mittens Ecclesiae reliquit servi manumissi valorem; ita tamen ut manu-  
missus cum posteritate maneat, sub Ecclesiae patrocinio.

Bene meritum servum manumittens non videtur teneri ad ejus  
valorem. *per can. si quos. 12. qu. 2. Zaf. in com. ad d. tit. num. 2. in fin.*

Quod si Clericus vel Praelatus, non obstante hac prohibitione, 6  
rem Ecclesiae alienaverit; & alienatio est ipso jure nulla, *c. si quis Pres-*  
*byterorum. 7. eod.* & tam alienans, quam qui accepit, nisi mox eam re-  
stituatur cum fructibus; excommunicatur. *d. c. si quis presbyterorum.*

Et cum omnium intersit Ecclesias esse salvas; quilibet Clericus 7  
Ecclesiae, cujus res est alienata; imo etiam ipse Praelatus qui rem aliena-  
vit, potest eam, à quolibet possessore reperere, una cum fructibus à  
tempore alienationis. *d. c. si quis Presbyterorum.*

Quia etiam emtor, licet forte bona fide emerit, ignorans rem esse 8  
Ecclesiae, cogitur eam restituere, non recepto ab Ecclesia, cujus res est,  
pretio, sicut & jure Civili emptor reialienae. *l. si mancipium. Cod. de rei*  
*vindic.* Quia alienans rem meam sine meo consensu, non potest mihi  
nocere & damno esse. *l. non debet. 74. ff. de div. reg. jur.* Poterit tamen  
emptor bonae fidei pretium ab auctore suo, id est, eo à quo emit, repe-  
tere. *c. ad audientiam. 11. de reb. Eccles. alien.* Sivero fuit emptor mala  
fidei,



fidei, is & rem restituere cogitur, & amittit pretium; quod cedit, non lucro vendentis, sed Ecclesiae, cuius res est alienata. *l. jubemus. 1. q. 8. Cod. de Sacros. Eccles. Vallens. d. loco, num. 6. Canisius d. loco, num. 1. vers. sed & constitutum.*

9 Neque contraria consuetudo alienandi juvat alienationem, cesset enim irrationabilis. *Gloss. in c. cum causa. verb. prejudicat. de sen. & re judic. Piasec. in prax. Episc. 2. part. capit. 5. art. 4. num. 13. Vallens. d. loco. num. 6.*

10 Præterea Pontificali aut Abbatali dignitate fulgentes, propter factam alienationem arcentur ab Ecclesiae ingressu; perseverantes autem indurato per menses sex, ab administratione Ecclesiae suspenduntur. Prælati Inferiores & Ecclesiarum Rectores & Administratores, beneficii, quorum alienarunt bona, ipso jure privantur; ea tanquam vacantia aliis liberè conferri possunt. *d. c. ambitiosa. Ext. com. de reb. Eccles. Zaf. d. loco. num. 3.*

11 Sed, an ergo is qui illicitè alienavit, ad restitutionem ejusdem agere potest; cum turpe sit venire contra factum suum & idcirco videtur non esse audiendus: *l. 4. Cod. revocat. donat. l. post mortem. ff. de election. l. 30. Cod. de transact. cap. inter dilectos. 8. vers. fin. de donat. in pre. cipue cum id quod semel placuit, amplius displicere non possit. c. quod semel. 21. de reg. jur. in 6.* Dicendum tamen illa procedere, cum quis contravenire vult nomine proprio & commodo suo; non si tenet. Ubi hic Clericus qui alienavit illicitè. Is enim agit nomine Ecclesiae & ex ejus capite admittitur. *d. c. si quis Presbyterorum. 6. Canis. d. loco. num. 12.* Sic & pater res peculii adventitii liberorum suorum temere alienatas, revocat: *Pinell. lib. 1. part. 3. num. 73. Cod. de bonis mater. vel maritus res dotales temere alienatas, etiam stante matrimonio. Graec. ad leg. 50. Tauri num. 63. Barbof. ad l. 1. part. 5. num. 15. ff. soluto matrim. Nihil obstante juramento. Quod improbum. c. intellecto. 33. de jur. jur. vide Navarr. tract. de alienat. rer. Eccles. num. 23. D. Augustinus relatus in c. magna. 22. qu. 4. dicit Magna sapientia est revocare bonum quod malè locutus est.*

12 Prædictas poenas non incurrit locans in perpetuum, vel ad longum tempus; licet enim talis locatio ad longum tempus sit prohibita.

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesie

G. IV.  
32



*c. ad audientiam. c. nulli liceat. de reb. Eccles. alien. c. querelam. Ne Prelati vices suas.* (cum per eam conductori quaeratur utile dominium; *l. i. §. qui in perpetuum juxta. l. pen. ff. si ager vectigal. per.* permittatur tantum hodie ad triennium. *d. c. ambitiose. Covar. var. lib. 2. cap. 16. num. 4. Rodovan. tract. de reb. Eccles. non alienand. qu. 58. num. 21. Croc. de locato. part. 3. tit. de reb. Eccles. locand. concl. 5. 6. & 9.* computandum ex tribus fructuum collectionibus: *Barbos. d. loc. num. 30.* olim novennium: *Gloss. in c. vestra. de locato. & in Clem. i. de reb. Eccles. non alienand.*) tamen cum *d. Extrav. ambitiose.* poenam contineat, eamque specialiter inferat iis qui alienant; propriè autem non dicatur alienare qui locat ad longum tempus, sed improprie; videtur locantem ea poena non teneri; cum non solet poena extendi ex impropria verbo acceptione. Quò facit, quod tradit Covarruv. *2. variar. resolut. cap. 16. num. 2.* Prælatum qui juravit non alienare, non incurrere perjurium, si ad longum tempus elocet. Estque ea sententia æquior; non obstante quod *d. Extrav. ambitiose.* post enumeratas alienationis species, subjungantur poenæ. Quia tantum concernunt eas, per quas fit propriè alienatio in Ecclesiæ detrimentum. Aliàs etiam locatio facta in quadriennium eadem induceret poenas; Quod absurdum.

Quod si tamen fuerit facta ad tantum tempus, quod ad alienatio-  
nem tendit, ut ad annos centum, dici potest, *secund. Abbat. in d. cap. intellecto. 33. num. 10.* dictis poenis eam facientem subjici. *Zaf. d. loc. num. 5.*

Nec prædictas poenas incurrit, sine causa hæreditatem, suæ Eccle-  
siæ relictam, repudians. Quia interdicitur alienatio: Repudiare autem non est alienare, sed potius non acquirere. Neque enim hæreditas ante aditionem dici potest alicujus, cum aditione demum acquiratur. *l. i. tit. ff. de acquir. vel amitt. hered. Cod. de Jure delib. facit l. si sponsus. §. circa fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. & d. c. quod autem. 6. in princ. §. 2. ff. quæ in fraud. credit. ubi dicitur; Non diminuere eum patrimonium, qui non acquirit, quod acquirere potuit: Zaf. d. loc. num. 6.* Est & communis sententia Prælatum seu Beneficiarium in acquirendis præjudicare posse Ecclesiæ: *Panorm. inc. tua. num. 9. de his quæ sunt à Prælat. Jason. in l. legatum. num. 16. ff. de legat. 1. Præpos. in c. verum. 13. de condit.*



condit. appof. Lambertin. de jure patronat. art. 9. quafi. 2. in princ. Relat. in compend. alienat. rer. Eccl. num. 91. Riccius in praxi fori Ecclef. tit. 96. in 1. edit. ut etiam potest alieno nomine poffidens suo domino. Alex. literis Sabinianis. ult. Cod. de acquir. vel amitt. poffeff. Gloff. celebris in ca. ult. verb. meliorem. 16. qu. 6. commend. per Felin. in c. verum. num. 12. de foro compet. Roch. in c. ult. num. 288. de confuetud.

15 Nec ob easdem rationes & auctoritates predictas poenas incurrit, ut volunt Felin. in c. contingit. il. 1. num. 9. de sent. excommun. Andr. Siculus. in c. ut super. col. 2. de reb. Ecclef. non alien. Socin. regul. 110. Berp. in c. 1. num. 115. de in integr. restit. Redoan. d. tract. qu. 2. cap. 12. in princ. Vafq. de success. tom. 1. §. 27. num. 23. Pinell. in l. 1. part. 3. num. 10. Cod. de bon. matern. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. qu. 12. legatum Ecclesie suae relictum remittens. Per d. l. quod autem. 6. §. sed & filii. 14. ubi expresse dicitur; Debitorem repudiantem legatum non creditur alienare in fraudem creditorum. Non obstante quod legatus debeatur dominus continuo à morte testatoris; tunc enim dies crediti legatario est actio in rem. §. 1. Inst. de legat. & rot. tit. ff. quando dies legatarij ced. Nam hoc civiliter tantum, non etiam naturaliter intelligendum; urnec dum rem plene habeat, atque adeo non dicatur alienare repudians. Nec enim est repudiatio ejus, quod necdum acquisitum est. l. 1. abcretalis. 7. ff. de success. Edicto. Nec adversatur nobis l. magna parte. §. fundum. ff. de reb. eor. qui sub tutela sunt. ubi Pupillus legatum fundum repudians dicitur alienare. Loquitur enim in eo casu, quo non tantum bona non alienanda, sed nequidem lucra omittenda. Abba in d. tua. num. 9. de his qua sunt à Pralat. Freder. de Senis conf. 9. Gomez. var. resolut. cap. 14. num. 14. Sanchez. de matrim. lib. 6. disp. 4. num. 12. Hoc tantum agimus de inducenda poena, propter omiffa lucra. Quamvis enim, cum tantum imposita alienantibus, non extendi ad omittentis. Est enim strictè accipienda. Zaf. d. loc. num. 7.

16 Non tamen negamus Prælatum, legatum vel fideicommissum Ecclesie suae relictum sine causa & temere repudiantem, Ecclesie datum dare, illudque ex propriis bonis teneri refarcire; Cum ex officio & consequenter lege Justitiae, teneatur bene administrare; bonae ad-

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesie

GA IV  
32



rem administrationi adversetur ista repudatio fac. can. quicumque  
12. in qu. 4. l. quidquid. 7. Cod. arbitr. tutela.

Potest & Ecclesia petere in integrum restitutionem, cum etiam  
ad lucrum omissum restituatur. Gloss. ad c. 3. verbo. restituimus. & ibi  
Abbas num. 15. de in integr. restit.

Patitur etiam dicta regula de Rebus Ecclesie non alienandis suas  
exceptiones.

Et in primis licite alienantur res mobiles, quae servando servari  
non possunt, l. lex qua 22. l. tutores. 29. Cod. de administ. tutor. ut est  
quae sine notabili deterioratione non durarent, quaeque utendo absumuntur; ut sunt arborum fructus, vinum, oleum, frumentum, jumenta & pecora singularia. Piafec. d. loco. num. 19.

Pecunia etiam regulariter numeratur inter res, quae servando ser-  
vari nequeunt, cum reventa nihil operetur. Abb. in d. c. nulli; num.  
11. nisi haec rei immobili comparanda voto, juramento, aut praecepto Superioris sit destinata: quia tum inrer res immobiles est numeranda. Piafec. d. loco. Vallens. in par. cod. num. 1. §. 2.

Similiter immobilibus annumerantur, arbores grandes, quae  
non consueverunt caedi. Choppin. de sacra politia lib. 3. tit. 8. num. 12.  
nec possunt sylvae caeduae taliter excindi, quo bona Ecclesie deteriorentur. Abbas in in d. c. nulli liceat. Novar. consil. 6. num. 2. tit. de alienat. rer. Eccles.

Terrulae quoque, vineolae & aliae res, sive immobiles, sive mo-  
biles valoris modici & exigui, si id postulet Ecclesie utilitas & necessitas, alienari possunt. can. 56. terrulas. 12. qu. 2. Cui canonici nec per Extrav. ambitiose. nec per Concilium Tridentinum esse derogatum, idque declarasse Sacram Congregationem Cardinalium testatur Quaranta. in Summa Bullarii: verb. alienatio. num. 14. & ex Piafec. d. loco. num. 4.

Quae autem dicatur res modici & exigui valoris, arbitrio relin-  
quitur Judicis seu boni viri, qui consideratis Ecclesie alienantis facultatibus, rei alienandae valore, & loci consuetudine, aestimabit & judicabit, an res sit modica seu modici valoris. arg. text. in c. ceterum. de donation. Piafec. d. loco num. 25.

[Xx]

Rcs



24 Res etiam quæ Ecclesiæ magis sunt damnosæ, quam utiles, et sint aquosæ, sylvosæ, steriles, inundatæ, & infructuosæ, recte alienantur: *d. can. sine exceptione. l. 2. l. cum seq. can. 10. non liceat Papæ nisi tantummodo. l. 2. qu. 2. etiam sine solemnitate; dummodo id fiat de necessitate: qualis erit vitandi expensas, text. in d. can. 56. terrarum. Gloss. in l. nisi finita. in princ. ff. de tutel. ratiocin. distrab. Bart. in l. 1. Cod. de agric. & censit. Jason. in l. 2. num. 10. ff. de offic. ejus cui mand. jur. Carval. an. decis. 45. num. 34. part. 1. Barbof. d. loco. num. 20.*

25 Undè & in emphyteusin tantum ab Ecclesia concedi possunt immobiles, quæ nullam afferre videntur Ecclesiæ utilitatem; vel in ruinâ, quas Ecclesia restaurare non potest; inculti quoque agrorum, extirpatæ sylvæ, & similes. *can. hoc jus. §. perpetua, can. Oceanus. 10. qu. 2. d. can. sine exceptione. d. can. terrulas. c. ad aures. 7. de reb. Eccles. alien. Auth. præterea. Cod. de Sacrosanct. Eccles.*

26 Res immobiles antea infeudari vel in emphyteusin dari solita feudo vel emphyteusi expirante, iterum in feudum seu emphyteusin dare possunt, absque solemnitate juris ad alienationem præscriptam. *Quaranta. verb. Alienatio rerum Ecclesiæ. num. 39. & 40. Zent. in praxi Episcop. d. verb. §. 3. Tamburin. tom. 3. disp. 14. qu. 6. & 10. modo id fiat in Ecclesiæ evidentem utilitatem; & antiquum illius rei fructus incorporentur Ecclesiæ: quia tum non censetur nova alienatio, quæ à jure prohibetur, sed continuatio alienationis antea factæ. *Bergnin. decis. 30. num. 8. & 10. 48. 53. & decis. 31. num. 113. cum seqq. Schrader. de feudis. part. 4. cap. 2. num. 20. Casar. de brev. decis. 4. num. 7. de reb. Eccles. non alien.**

27 Ut autem res dicatur in feudum vel emphyteusin dari solita, sufficiunt actus duo concessionis factæ, vel unus solemnis cum quadraginta annorum decursu. *Gamma decis. 342. num. 4. Cephal. consil. 155. num. 30. cum seqq. lib. 2. Caldas. de renovat. emphyt. qu. 16. num. ult. Pias. d. loco num. 30.*

28 Relicta Ecclesiæ incapaci, verbi gratia mendicantibus, licet alienantur. *Pias. d. loco, num. 33.* Ubi subjicit, posse etiam Regulares bona sua vigore privilegiorum sibi indultorum alienare: ac specialiter Gregorium XIII. indulisic Patribus Societatis Jesu, ut possent

Corvinus  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesie

GA IV

32



sunt bona sua alienare arbitrio sui Præpositi Generalis, nullâ aliâ Sede Apostolica vel loci Ordinario petita licentiâ. *Vallens. d. loco. num. 5.*

Denique usumfructum bonorum mensæ suæ, non ipsa bona; *29*  
*can. alienationes. vers. illud. 12. qu. 2. c. ut super. c. possessiones. de reb. Eccles. alien.* Prælati ad beneplacitum suum, vel vita sua durante licitè alteri concedit. *Piasec. d. loco. num. 35.*

Aliarum verò rerum immobilium, atque etiam mobilium, si pretiosæ sint, & servando servari possint; ut sunt vasa aurea, argentea, casula, tapetes, *Dd. in d. c. nulli liceat. 5. de reb. Eccles. & quæcunque triennio non corrumpuntur. Gloss. in l. un. Cod. si advers. usumfr. arg. d. can. terrulas. cum seq. 12. qu. 2. vel notabiliter non deteriorantur, alienatio non aliter permittitur quàm ex justa causâ, & servatâ formâ à jure præscriptâ. c. primo Ext. Com. de reb. Eccles. non alien. d. can. sine exceptione.*

Quæ duo ad alienationis validitatem requiruntur conjunctim: ut unum sine altero non sufficiat; & altero deficiente alienatio sit ipso jure nulla. *c. ult. eod. c. 1. eod. in 6. Abb. in c. nos 2. can. 11. num. 8. eod. Vallens. in par. ibid. §. 2. num. 7. Zas. in Com. ibid. num. 15.* De utroque proindè specialiter videndum.

Justa igitur causâ alienandi res Ecclesiæ est quadruplex. *Gloss. in sum. caus. 12. qu. 2. Navar. ad can. non liceat. 20. d. caus. & qu.*

Prima est *Necessitas c. 1. eod. in 6.* Quæ & aliàs in quacunque alienationis prohibitionem semper intelligitur excepta. *l. alienationes. 13. ff. famil. ereisc. l. 1. princ. ff. de fundo dot. ali. l. fin. §. sin autem. 4. Cod. de bonis que liber. veluti cum Ecclesiæ incumbit res alienum urgens, certum, clarum, non obscurum, quod aliter vel ex mobilibus, vel fructibus bonorum Ecclesiæ dissolvi nequit: *Auth. hoc. jus porrectum. & Auth. præterea. Cod. de Sacros. Eccles. can. hoc. jus. 10. qu. 2. c. ad nostram. de reb. Eccles. non alien. Piasec. d. part. 2. cap. 5. num. 32. vers. esset item. Quaranta in Sum. Bullar. verb. alienatio rerum Ecclesie. num. 42. Ugolin. de potest. Episc. cap. 14. §. 7. num. 5. vers. 3. Abb. add. c. nulli licent. 5. num. 5.* Tunc enim, ut semper, necessitas caret lege. *l. 1. Cod. de bonis libert. Cagnol. in l. quæ propter necessitatem. 162. ff. de divers. reg. jur. & tempore necessitatis administratores Reipublicæ, res com-**



munitatis aliàs alienari prohibitas, distrahere possunt: *Auth. novissim. Cod. de administrat. tutor. l. ult. Cod. de vendend. rebus Croatia. in eadem ex eadem causà Ecclesià bona poterunt alienari. c. 1. de pignori. r. a. in enim. 10. qu. 2. Dd. in d. c. nulli. 5.*

32 Altera est Utilitas; *c. 1. de reb. Eccl. alien. in 6. veluti si res Ecclesià alienetur, ut melior & utilior ematur. can. 52. sine exceptione. 12. qu. 2. c. ut super aliqua. 8. vers. possessiones vero. de reb. Eccl. alien. c. cum Apostolico. 7. vers. e contrario. & c. tua nuper. 8. de his que sunt à Prelato sine cons. Capir. A quacunque enim dispositione ac prohibente utilitatis ratio intelligitur excepta. d. l. jubemus. 14. & ibi Bart. ad Paulus. Cod. de cursu publ. & angar. Nec etiam quod ob favorem utilitatem Ecclesià est introductum, retorqueri debet in ejus incommodum. l. quod favore. 6. Cod. de legib.*

Sic etiam Pater bona adventitia filiorum alienari prohibita, causa majoris utilitatis distrahere potest. *l. fac. §. pen. vers. non autem. Cod. de bon. qua liber. Idem in prodigo cui bonorum administratio interdicta est; l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. l. cui bonis. ff. de novat. c. Rodoan. d. tract. qu. 19. num. 98. cum seqq. Tiragu. de jure mariti; Gloss. 8. num. 57. Covarruv. var. lib. 2. cap. 26. num. 8. in tutore, l. si pupill. num. §. ult. ff. de reb. & l. res, qua tutores. vers. jam ergo. Cod. de administr. tutor. in bonis dotalibus, l. ita constante. l. mutus. vers. mactent. ff. de jure dot.*

Procedit etiam si res Ecclesià donata sit cum conditione, detineatur: *Arelin. conf. 25. num. 5. Bald. in Auth. res qua. num. 17. Cod. commun. de legat. Rodoan. d. loco. Cum alienatio in hac specie etiam prohibentis censeatur permittà; fac. c. fin. de transact. Gloss. in c. qui agendum. verb. mandato. de procur. in 6. modò ritè observatis solemnitatibus jure requisitis, celebretur. fac. c. pervenit in 2. de jurejur. & in scriptura. de voto. & reg. Gloss. recepta. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. Dd. Gloss. ult. in fin. vers. alii dicunt in c. verum. de condit. appost.*

33 Utilitas autem Ecclesià debet esse, tempore alienationis, *Bald. conf. 256. circa med. vers. pr. aterea. Corn. caus. 144. num. 3. lib. 2. Bart. conf. 4. in princ. lib. 1. ultima; d. can. sine exceptione. & ibi Bellam. in, num. 1. & Gemin. num. 2. vers. in hoc quest. Inol. in c. ad antea. num. 1. lib.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



1. de reb. Eccles. alien. manifesta; *Giovagn. consil. 22. num. 14. lib. 2. Ciardin. controvers. forens. judicior. cap. 105. num. 48.* ita ut Ecclesie conditio patenter fiat melior & locupletior: *Casar de Grassis decis. 4. num. 7. sub tit. de reb. Eccles. alien. Paul. de Rubeis in compendio alienat. ver. Ecclesiast. à num. 92. Archid. in d. can. sine exceptione num. 5. Gloss. in can. sed nonne. 12. qu. 2. Barbof. d. loco num. 16.* plenè probari; Nec enim statuitur solæ assertioni alienantis: *Bart. in l. si factio ff. de castrens. pecul. Feder. de Senis. cons. 143. circa fin. Alex. cons. 160. num. 5. lib. 6. Rotu decis. 181. num. 3. part. 1.*

Tertia causa est *Pietas*: ut si redimendi captivi *can. Apostolicas. 34. 13. can. & sacrorum. 15. cum seqq. 12. qu. 2. l. sancimus. 21. Cod. de Sacrosant. Eccles. alendi pauperes, quibus aliter provideri non potest. d. l. sancimus. 21. ibi & famis. can. aurum. 70. d. caus. 12. qu. 2.* ubi in principio dicitur; quod aurum habeat Ecclesia, non ut seruet, sed ut erogat & subveniat in necessitatibus. Et in *can. 71. Gloriosa. 12. qu. 2.* scribitur *Gloriam* Episcopi esse pauperum inopia provideri, ignominiam Sacerdotis esse propriis, studere divitiis. *Abb. d. loco. Schurf. cent. 2. cons. 70. num. 1.*

Quarta est *Incommoditas*: ut si res Ecclesie sit sumtuosa, & parum utilis. *d. can. terrulas. 53.* Sed hæc revocatur ad secundam; *Vallens. in par. d. S. 3. num. 1. Canis. in Comm. ad d. tit. num. 7. & lib. 2. Inst. Jur. Canon. tit. 32. Ungepaur. in Com. ad tit. de reb. Eccles. alien. num. 14.*

Solemnitas formæ ad alienationem requisitæ consistit in his quatuor: *Primò*; Ut à Prælate cum Capitulo vel Clero super re alienanda fiat tractatus, an expediat rem alienari, *d. can. sine exceptione. c. cum Apostolica. 7. c. tua nuper 8. de his que sunt à Præl. sine cons. Capit. c. 1. vers. quia etiam. de reb. Eccles. alien.* Et sufficit tractatus unus: *Vallens. d. loco. §. 3. num. 2. Secundò*; Ut Capitulum consentiat in eam expressè, aut totum, aut saltem pro majori & saniori parte: *s. ut super. 8. eod. c. quando. de his que sunt à Præl. sine cons. Capit. Tertio*; Ut Capitulum subscribat: hoc tamen non requiritur, nisi in donatione, venditione, permutatione: *d. can. sine exceptione. d. c. tua nuper 8. vers. irrita enim. & c. 1. & ibi Abb. num. 4. eod.* Imò jam consuetudine est receptum, ut



sufficiat Notarii subscriptio. *Vallens. d. loco.* Quod si alienetur res Ecclesiæ habentis Rectorem unum, eo quoque inconsulto vel invito res Ecclesiæ non est alienanda: *can. 151. placuit. 13. qu. 2.* nequidem Ecclesiâ vacante: *can. ult. 14. qu. 2. Quarto;* Superioris accedat auctoritas: qui in non exemptis, etiam in Cathedralibus aliisque Inferioribus, est Episcopus: *can. Abbatibus. 12. qu. 2.* A quo saltem in Belgio concedi alienandi facultatem res ad Ecclesias sibi subiectas spectantes testatur *Zypeus. in Jur. Pontif. Novi Analyt. Enarr. tit. de reb. Eccles. alien. num. 2.* In exemptis est Prælati, cui Ecclesia vel Monasterium immediate subest. In alienatione tamen rerum Monasterii non tantum opus est consensu Capituli & Abbatis, sed & Episcopi, qui, alienationem fieri expediat Ecclesiæ, cognoscat: *d. can. Abbatibus. can. in venditionibus. 16. qu. 7.* In Ecclesiis Patronatus consensum Patroni non requiritur: *in c. un. Ut Eccles. benef. sine diminut. cons. Piassec. d. loco. num. 16.* nisi quoad bona, quæ ab ipso Patrono pervenerunt: & sicintell. *Choppin. de sacra Politiâ lib. 43. tit. 2. num. 23. Vallens. d. loco. num. 2.*

37 Præter hanc formam statuit, sub gravibus poenis, *Paulus II. in Extrav. Ambitiosa.* ne ulla bonorum Ecclesiasticorum aut pii loci alienatio concessioque Romano Pontifice inconsulto: & ut aliter facta nullius sit roboris & momenti: Sed uti non servatur passim, præsertim, quoad locationem & penas. *Sylvester in Summa. verb. Alienatio. §. 15. Navar. in Manuali cap. 27. num. 149. Covarruv. lib. 2. cap. resolut. cap. 16. num. 6.*

38 Neque opus est hac consultatione in rebus exigui momenti, nec quando de facili adiri & consuli Pontifex non potest: vel ubi consistit alienationem esse necessariam, & esset in mora periculum: *fac. in c. Gloria Episcopi. 12. qu. 2. Piassec. d. loco. num. 28.* nec in alienatione summæ pecuniariæ ad pium usum, quantumvis ea magna sit, si ad mensam pertineat Prælati. *Lessius de Justit. & Jure lib. 2. cap. 24. dicitur. II. Vallens. 8. loco. num. 3.*

39 In dubio autem præsumuntur servatæ solemnitates, ex diuturnitate temporis. Nec id mirum, cum temporis etiam diuturnitate, tempore quadraginta annorum, præscribi res Ecclesiæ possint: *ut præced. tit. dicitur.*

CORVINUS  
De Personis  
et Beneficiis Ecclesie

GO IV.  
32



*di. ximus. Vide Felin. in c. sicut. num. 29. de sent. & re judic. Cravetta. de an. tiquit. tempor. part. 3. Cavalcan. decis. 48. num. 28. part. 1. Piasec. d. loco. num. 17.*

Nec obstat Constitutio Pauli IV. quam refert Petr. Matthæus in <sup>40</sup> suo VIII. Decretal. lib. 2. tit. 2. cap. 6. qua omnes alienationes bonorum quorumvis Ecclesiasticorum, sine solemnitatibus requisitis & in damnum Ecclesiarum factæ, nulla præscriptione temporis juvante, revocantur. Quia per Constitutionem Pii IV. revocata. *Piasec. d. loco. Vallens. d. loco. num. 4.*

Facta autem alienatio, de rebus Ecclesiæ contra formam aut <sup>41</sup> prohibitionem, nulla est atque irrita ipso jure. *c. tua nuper. 8. de his que fiunt à Prel. sine cons. c. 2. c. ad audientiam 11. de reb. Eccles. alien. d. cau. 52. sine exceptione. 12. qu. 2.* Deficiente enim formâ, deficit ipse actus; Quia forma dat esse rei, & quæ contra leges fiunt, pro infectis sunt habenda. *l. jubemus. 14. §. sane. 1. in fin. Cod. de SS. Eccles. & l. non dubium. 5. Cod. de legib. Abb. in d. cap. nulli num. 7. & c. tua nuper. 8. Ungepaur. in com. add. tit. de reb. Eccles. alien. num. 17.*

Non igitur debet Ecclesia, cum non vult servare hunc contra <sup>42</sup> datum, petere restitutionem in integrum; sed poterit rem alienatam revocare, *d. c. ad audientiam.* per rei vindicationem. *d. l. jubemus. 14. §. 1. Ungepaur. d. loco.*

Et hæc quidem ita se habent de jure; de consuetudine verò non <sup>43</sup> omnia stricte observantur. *teste Wesenb. part. 2. consil. 59. num. 23.*

Communis tamen est opinio, consuetudinem non posse minue-  
re vel adimere solemnitates in alienatione rei Ecclesiasticæ requisitas.  
*c. fin. de consuet. in 6. Abb. in d. c. nulli. Zas. d. loco. num. 20. Ungepaur. d. loco. num. fin.*



## TITULUS V.

## De Fructibus Beneficiorum in genere.

## SUMMARI A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Continuatio.  | 10. Non hos.   |
| 2. Utrum Beneficiati in fructibus acquisitis habeant dominium, est controversum: Sunt Dd. sententia dua. | 11. Pauperes hic qui.  |
| 3. Prima negat.  | 12. Beneficiatus fructus turpiter expendens an teneatur ad restitutionem.  |
| 4. Altera affirmat. Quae probatur.   | 13. Patrimonium sufficiens habens, eo relictio vivere potest ex fructibus. |
| 5. Respondetur ad jura pro prima allegata.   | 14. Si ex eo vivat, potest tantundem capere, ex Beneficii fructibus.       |
| 6. Sciendum, qui Beneficiorum fructus ad sustentationem Beneficati sint Necessarii, qui Superflui.       | 15. Superflua expendere debet in usus suos.                                |
| 7. Qui illi.   | 16. Nec ab ea obligatione libera sunt pensiones superfluae.                |
| 8. Qui hi.   | 17. Sunt Bona personarum tuitu quassa.                                     |
| 9. Illos dispensat pro libertu;  | 18. Quae   |

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccle.

G. IV.

32



- |   |  |
|---|--|
| 18. Quos ex Beneficiorum fructibus alere possint Beneficiati. | bus ab intestato quomodo succedatur in Patrimonialibus.                          |
| 19. Non possunt empti ex fructibus alteri donare.             | 26. In Bonis intuitu Ecclesie acquisitis.  |
| 20. Nec de bonis Ecclesie intuitu questis testari.            | 27. Quid, si sint talia & simul patrimonialia.                                   |
| 21. Sine licentia Papa.                                       | 28. Quid, si servetur in Gallis & Belgio.  |
| 22. Quam hodie consuetudo non desiderat.                      | 29. Quomodo fructus Beneficii inter heredem Beneficiati & successorem dividendi. |
| 23. Qua justa.  | 30. Quid hic disposuerit Papa Julius III.  |
| 24. De quibus bonis Beneficiati testentur libere.             |  |
| 25. Beneficiatis monenti-                                     |  |

**V**idimus de bonis immobilibus Beneficiorum, nec non de eorum usurpatione & alienatione; videndum nunc de Beneficiorum Fructibus: De quibus hoc titulo differemus in genere: Videlicet an Beneficiati seu Clerici in eis habeant dominium? Et quomodo eos dispensari debeant, ac in alium transferre possint.

Quoad primum; nempe an Beneficiati habeant in redditibus & fructibus ratione suorum Beneficiorum acquisitis, dominium; magna est inter Juris Canonici Doctores dissensio. Et in ea duae reperiuntur sententiae celebriores, inter se contrariae.

Prima; (quae est Archidiaconus in princ. dist. 45. & can. si Episcopus. 12. qu. 1. & c. statutum. §. accessorem. num. 13. de rescript. in 6. Innoc. in c. indecorum. de etate & qual. ordin. Navarr. de reditib. Eccles. qu. 1. num. 17. & in Apolog. contra Sarmient. qu. 1. num. 24. & 27. & 38. Zanchin. de privileg. Eccles. priv. 116. 13. Comitol. respons. moral. lib. 1. qu. 70. aliorumq.

[Yy]



orum, tener Beneficiatos Dominos non esse, sed solummodo Dispen-  
satores: ita ut possint quidem sibi & ministris suis necessaria ad sustenta-  
tionem ex fructibus sumere; cetera tamen ex lege, non solum charita-  
tis, sed & iustitia; elargiri debeant pauperibus; quae superflua in utilita-  
tem Ecclesiae convertere: si aliter fecerint furtum committere & he-  
retilium; & ad restitutionem teneri: Fulcitur ea *princ. §. ordinatio*  
*vers. quomodo etiam. dist. 42. ibi: aliena rapere convincitur, qui ultra ne-  
cessaria sibi retinere probatur. Et can. ult. 16. qu. 1. ibi: quicquid habet  
Clericus est pauperum: can. sicut ii qui. 8. ibi: esurientium panis est. dist.  
47. can. quod autem. 23. qu. 7. ibi: non sunt illa nostra, sed pauperum quorum  
procuracionem quodammodo gerimus.*

4 Altera sententia, prima directe contraria, scilicet Clericos habere  
post distributionem reddituum in quatuor portiones, de qua *in can. quatuor. 27. cum seq. 12. qu. 2.* & beneficiorum institutionem, esse fructuum  
um ratione beneficiorum perceptorum Dominos, verior est & utilior  
prior. *Sarmientus de redditibus. par. 4. cap. 6. num. 2. Marfil. de Columna  
in simili tract. part. 2. cap. 1. & cap. 15. & 35. Clarus in §. testamentum  
qu. 27. vers. quarto videndum. Garcias de benefic. part. 2. cap. 1. num. 6.  
& 6. Barbosa. jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 17. vers. 10.* Nam ista reddituum  
Ecclesiae distributio, quam videbantur mores requirere, quoad portio-  
nem Clericis assignatam, pro eorum qualitate & meritis inter eos dis-  
pensandam, nihil aliud fuit, quam redditus, alias communes, faceret pro-  
prios eorum, quibus in particulari computabantur in stipendio, cum  
divisionis titulus, emptioni aut permutationi sit similis. *l. 1. C. de off. legat.  
Cod. com. utriusq. iudicii, dominium transferat, & proprium facit: quod  
antea erat commune & indivisum. l. recte. 25. §. 1. ff. de verb. signifi-  
c. Quo facit, quod ministri saeculares sibi dominium suorum stipendio-  
rum comparent; uti & milites: ut ex eadem ratione idem sit illic  
dum in Clericis, qui militare Deo, & suum peculium quasi calcitrare  
spectu fructuum habere dicuntur: *Auth. Presbyteros. Cod. de Episcop. &  
Cleric.* Praecipue cum progressu temporis portio assignata Clericis, in  
certa beneficia sit distributa, quae reddituum dispensatione abrogata, pro  
Oeconomum, singulis conferuntur; ut iure proprio redditus eorum  
ibi percipiant ut suos: ut tradit D. Thomas 2. 2. *quasi. 85. art. 5.* Ita ut  
deus*

CORVINUS  
DE PERSONIS  
ET BENEFICIIS ECCLESIAE

GA IV

32



de iis eodem modo disponere valeant, quo de patrimonialibus: Quod si eisdem redditibus abutuntur, nullam iustitiæ legem offendant, nec ad restitutionem malè expensorum teneantur, sed, dicta bonorum divisione suppositâ, solummodò contra charitatis legem peccent. D. Thomas quoad lib. 6. qu. 8. art. 13. inquit: *Aliter ergo dicendum de illis Ecclesiasticis bonis, qua principaliter sunt attribuenda necessitatibus ministrorum sicut sunt prebende, & alia huiusmodi: nam in prioribus bonis peccatum committitur, non solum ex abusu, sed etiam ex ipsarum conditione, dum aliquis in suos usus assumit, quod est alterius, & ideo tenetur ad restitutionem, tanquam defraudator rei alienæ in sua distributione: de aliis verò bonis, non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de patrimonialibus dictum est: unde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad penitentiam peragendam.* Probatum etiam hæc sententia; Quia omnes Clerici particulares habent jus disponendi de redditibus suis nomine proprio ad suam utilitatem in usus lege non prohibitos: Nusquam enim hoc ipsis interdicitur; Jam tales dicuntur habere dominium. *ut ex Bart. in l. 3. §. differentie. num. 4. ff. de acquir. vel amitt. possess. observant. Bald. in c. 1. col. 1. de postul. Pralat. Rebuff. in Concord. in præm. Gloss. Domin. Felin. in c. quæ in Ecclesiarum. num. 40. de constit. Alciat. lib. 12. parerg. cap. 13. Coraf. lib. 6. miscell. cap. 20. Barbof. d. loco, num. 10.* Denique probatur hæc sententia *c. un. de Cleric. non resident. in 6.* ubi Clerici qui non intersunt divinis, dicuntur quotidianas distributiones, suas non facere; unde præsupponitur necessariò, si intersint, suas facere. Aliàs quænam foret poena eorum, qui non intersunt, quam intendit ibi Pontifex? Nec est, quod quis arguat, ibi tantum agi de distributionibus: Nam idem dicendum de fructibus aliis, quos grossos vocant; cum eadem omnino sit natura & conditio, & ex fructibus pars in distributiones conversa: ut patet ex Concilio Tridentino *sess. 22. de reformat. cap. 3.* ubi distributiones amittunt, qui competens servitium non implent; nec earum quoquomodo dominium acquirunt, ut dicendi sint aliàs acquirere. *Zaf. in Comment. ad Decret. ad tit. de pecul. Cleric. Covarr. ad c. cum in officiis. de testam. Sotus de just. & jure. lib. 10. qu. 4. art. 3. & 4. Lessius in d. de just. & jure. lib. 2. cap. 4. dubit. 6. num. 41. & seq.*

Ad jura pro contraria sententia allata dicendum; Illa obtinuisse

[Yy] 2

ca



ex tempore, quo Clerici vivebant in communi & reddituum Ecclesie erant dispensatores, tantum ex iis sumentes, quantum cuique creature necessarium, reliquum in pauperes distribuentes; quibus sua portio nondum erat discreta: ut in ea defectuosi vocati fuerint fures, sacrilegi, improbi. *Zaf. d. loc. num. 3. vers. ad jura. Barbosa d. lib. & cap. num. 11. Cardin. in c. cum in officiis. 7. num. 12. de testam. Sor. de just. & jure. lib. 4. qu. 3. art. 4.* Vel dici potest; Non male, secundum dicta jura, Ecclesie redditus vocari bona Dei & pauperum, non intentione ea, quali proprio hodie talia sint, sed quod peculiari ratione à Clericis eorum superflua sint in pauperes aliaque opera pia eroganda. Ut videantur quidem Clerici, quoad Beneficiorum fructus æquiparandi usufructuario in acquirendo, non tamen in disponendo. *Zaf. d. loco, & num.*

Quò facit, quod Concilium Tridentinum *sess. 15. de reform. cap. 1.* non tantum interdixit Episcopis, sed & omnibus Ecclesiasticis Beneficia habentibus, ne ex Ecclesie redditibus secundum adfectum carnis libideant augere propinquos, sed in pauperes distribuant superflua.

Nec torquat nos, quod quidam adferunt, divisionem necessitatis, nec mutare potuisse talium bonorum naturam. *arg. Clem. qui contingit. de relig. domib.* proptereaque ea eandem hodie retinerenturam: 1. Quia divisio illa facta à Summis Pontificibus, penes quos est potestas defunctorum voluntates ex causa convertendi in utilitates. *d. Clem. quia contingit.* 2. Quia divisio non immutavit naturam bonorum, sed solummodò qualitatem, ita ut, quod commune erat, fieret singulorum. *Barbos. d. loco, num. 15.*

6 Sed, antequam pergamus ulterius, sciendum qui fructus & Beneficiorum proventus, sint, ad congruam Beneficiarii sustentationem, necessarii: qui superflui.

7 *Necessarii* dicuntur, qui ad Beneficiarii & ipsius familie sustentationem, scientiæ & literaturæ, nobilitatis aut dignitatis, Beneficiarius, aut loci Beneficii, ratione habitæ, necessarii judicantur. Major enim quantitas est necessaria in Civitate, quam in Villa, in loco, ubi est abundantia, quam ubi est copia; in Prælato, quam in Sacerdote Simpliciter, quia cum omnium non sit par conditio, æquum non est, ut eadem pars assignetur omnibus. *Molin. de just. & jure. tract. 2. disp. 145. Gonza.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccle.

G IV

32



lez. ad reg. 8. Cancell. Gloss. 15. num. 39. Molfes. in Sum. Theol. Moral. tract. 6. cap. 9. num. 42. Fillius. tract. 41. cap. 7. quest. 4. num. 19. Garcias. d. tract. de benefic. part. 11. cap. 5. num. 320.

Ceteri fructus & proventus judicantur *superflui*. Barboza d. loco, 8 num. 20.

*Necessarios* ad congruam sustentationem, pro libitu Beneficiarii, 9 perinde ut bona patrimonialia, dispensare possunt. Quamobrem, in casibus, in quibus non tenentur patrimonialia expendere in opera pia, ita nec tenentur erogare hos fructus. Covarruv. in d. c. cum in officiis. num. 2. Navar. d. tract. de redditib. qu. 1. monitu. 26. Sanch. in precepta Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 14. Valer. de different. inter utrumq. forum. verb. muneris differ. 1. num. 14.

*Superfluos* autem erogare tenentur in pauperes, aliosque usus pi- 10 os; nulli tamen loco sunt alligati; Navar. d. tract. qu. 1. monitu. 27. Molin. de Just. & jure. tract. 2. disp. 146. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 7. cap. 10. qu. 2. Sin expendant in opera profana; verbi gratia ad ditandos amicos vel consanguineos; peccant graviter Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 1. Navar. d. tract. qu. 3. monitu. 4. Monet. de distribut. quotid. part. 3. quest. 1. num. 15. Valer. d. tract. verb. donatio. differ. 7.

Pauperum nomine hic veniunt etiam illi qui ex suo patrimonio 11 commodè & honestè, juxta status sui conditionem, vitam traducere non possunt. Reginald. in fori penitent. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 101. Navar. Azor. Molin. d. locis. Jacob. de Grassis. in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 100. num. 4. & 28.

Ex quibus inferitur Beneficiarios & Clericos turpiter & in profanos 12 & vanos usus Beneficiorum fructus, & bona, Ecclesie intuitu quaesita, expendentes, licet graviter peccent; non tamen teneri ad restitutionem secundum ut dictum, D. Thomam. Præpos. & alios, quos refert & sequitur Covarruv. in d. c. cum in officiis. num. 3. vers. quartum. Jacob. de Grassis in aureis decis. p. 1. lib. 2. cap. 200. num. 17. Sotus lib. 10. de just. & jure. qu. 4. art. 3. Rebello de obligat. Just. part. 2. lib. 12. qu. 1. num. 10. Sarmient. d. tract. de redditib. Eccles. part. 2. cap. 1. Quia sunt Domini. Quibus licet de rebus suis pro libitu disponere: arg. l. sed et si. 28. §. consiliat. ff. de petit. hered. l. in remandata. Cod. mandati. Quamvis illi, qui



Clericos tantum usufructarios ponunt, non fructuarios, contrarium afferant, & putent eos lethaliter peccare & ad restitutionem teneri. *ut Abb. Felin. Burg. in c. 1. num. 28. de empt. Navar. in man. cap. 17. num. 94. in Apologia de reditib. qu. 2. monitu. 7. Valer. de differ. int. utrumq. serm. verb. beneficium differ. 4. prope fin. & verb. testamentum. diff. 11. Cypri. lib. 1. var. dubit. juris. cap. 20.* Quos non juvant canones, qui Clericos tantum faciunt dispensatores, quos malè dispensantes, certum est restitutioni esse obnoxios. Quia loquuntur de tempore, quo necdum erant bona divisa: *Barbos. d. loco, num. 24.* Vel sunt accipiendi de dispensationibus non ex lege justitiæ, sed charitatis, ut peccato involvantur malè administrantes, non etiam restitutioni obstringantur. *Zaf. d. loc. num. 4. vers. non obstat.* Nec eos juvat, quod videantur Clericorum redditus, quos turpiter expendunt; cum bona Ecclesiæ censentur a fidelibus oblata, ut expendantur in pauperes: Et certum sit omnibus ad restitutionem teneri. *can. si res aliena. 14. qu. 6. c. peccatum de reg. in 6.* Quia non constat clarè bona fidelium ab initio fuisse donata expressè, cum onere erogandi in pauperes: Habuerint sanè eam spem & intentionem: Sed hæc in mente retenta nihil operatur; cum aliàs expressè adduxisset Legem justitiæ. *Zaf. d. loco.* Imò et si fuisset expressa, cum unicuique sua sit portio, sicut neque pauperes erogando in alios alii tenerentur ex eo, quia effecti sunt Domini portionis suæ, ita nec Clerici. *Barbos. d. loco, num. 25. vid. Azor. d. cap. 8. qu. 2. Molinam d. tract. disput. 144. Less. d. loco, num. 44. & seqq.*

**13** Possunt etiam Clerici, patrimonium sufficiens habentes, retentore illo, licite uti beneficii fructibus: Quia operarius est dignus mercede sua: & nemo militat propriis stipendiis: *can. charitatem. in fin. 12. qu. 2.* bovitrituranti non est obligandum os: alteri inserviens decovivere debet: *Innoc. & Abb. in c. Episcopus. de prabend. Corvini. in d. c. num. 2. & 3. de testam. Zaf. d. loc. num. 7.* nemo cogitur de proprio facere beneficium: *can. precario. 12. qu. 2.* & conservare redditus Ecclesiasticos, qui sunt Clericis veluti merces laboris deputati. *can. pen. 16. stipendia sanctis laboribus debita. 1. qu. 2. c. cum secundum. de prabend.* unde servant æquitatem ministrando, & sustentationem recipiendo. Nam quod possint aliunde habere, est per accidens. *Corvini. in d. c. 1. num. 2.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccle.

G IV.  
32



num. 2. *Navar. de redditib. qu. 1. num. 78. Sarmient. de redditib. part. 1. cap. 11. num. 18. de Graffis. decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 100. num. 23. Menoch. de arbit. casu 145. num. 5. aliq. apud Cened. ad Decretal. collect. 33. num. 4. Nec, ut volunt, Decius in c. Episcopus. num. 6. de prebend. Sylvester in Summa. verb. Simonia. qu. 6. & alii. adversantur can. pastor. can. clericos. can. si quis. 1. qu. 2. can. 25. illi autem. can. ult. 12. qu. 1. cum potius consilium contineant, quam præceptum: *Suar. de Relig. tom. 3. tract. 3. lib. 4. de Simonia. cap. 46. num. 7. Vel referendi ad pristinum usum Ecclesiæ, quo distributio fiebat inter Clericos & Indigentes, causa alimentorum: can. certè. 12. qu. 1. Sarmient. d. part. 1. cap. 5. num. 17. Covarr. in d. c. 1. num. 2. vel denique accipiendi de maxima pauperum egestate: tunc erunt bona sua reservans, & Ecclesiastica in suos usus expendens, pauperibus non subveniens, non est extra peccatum. *Boet. Epoad. d. c. 1. num. 62. de testam. Azor. d. cap. 9. qu. 13. Zesf. d. loco, num. 7.***

Unde & Beneficiarius, ex patrimonii redditibus vivens, vel bona patrimonii inutilitatem Ecclesiæ, aut beneficii, aut alia opera pia, insumens, tantundem ex beneficii fructibus capere, & ut voluerit, insumere potest. Quia hoc nihil aliud est quam compensare, quod jure nature est licitum: *Sylv. in sum. verb. Clericus. 4. questio. 14. Less. d. c. 4. num. 38. Navar. de redditib. qu. 3. monitu. 4. num. 3. Reginald. in d. praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 99. vers. sextum. Barbof. d. loc. num. 28.*

Debet Beneficiarius superflua expendere in pios usus: ut in usum fabricæ domus religiosæ, Ecclesiæ, hospitalitatis, & similia: Licet jam sint reliquis ejus bonis incorporata: Quia eo non fit dominus absolutus: *Navar. de spoliis Cleric. §. 2. num. 1. & seq. & de redditib. Eccles. qu. 1. mon. 26. num. 2. & mon. 30. num. 1. Scip. de Rubeis in Aphorism. Episcop. verb. fructus. num. 7. Barbof. d. loc. num. 29. & 30. Licet parcius vivendo, ea corraserit. Cum non sint alterius conditionis, atque ea, quæ honestæ sustentationi supersunt. Nec enim sordidus animus sibi subtrahens, debet melioris esse conditionis, quam liberalis pro dignitate se suosque exhibens. *Abb. in repet. c. cum esset. 10. num. 27. de testam. Sarmient. d. tract. part. 2. cap. 8. num. 16. & part. 3. cap. 5. Zesf. d. loc. num. 5.*  
Diff.*



*Diff. Navar. de redditib. qu. 1. num. 59. & 82. Azor. d. part. 2. lib. 7. cap. 9. qu. 5. Covarr. ad d. c. cum in officiis. num. 9. Barbof. d. loc. num. 29.*

16 Ab ista obligatione elargiendi in pios usus libera non sunt Ecclesiastica pensionis superflua: ut volunt *Gigas de pension. quest. 52. ubi alios citat. Covarr. all. d. c. cum in officiis. num. 19.* cum nomine beneficii dentur pensiones, & ex ejus fructibus veniant praestanda, ut non possint non sapere naturam beneficiorum. *Navarr. d. tract. qu. 1. monita 12. num. 2. & 3. & de spoliis. §. 8. num. 8. per Extrav. Pii V. de spoliis Cleric. Gare. de benef. part. 1. cap. 5. num. 161.* Non facit, quod dentur locum almentorum; nam ea causa non liberat ab obligatione elargiendi quod superest in pauperes, secundum jam dicta. *Navar. d. loc. de redditib. num. 7. Sarmient. d. cap. 5. num. 7. Azor. d. part. 2. lib. 7. cap. 9. qu. 12. & lib. 8. cap. 12. quest. 4.*

17 Bona aliunde quam ex Ecclesiae redditibus quaesita, inritum scilicet personae; sunt ab ista obligatione, quae major est in Clericis, quam in Laicis, libera. *can. fixum. 12. qu. 5. & per tot. Zes. d. loco, num. 6. in fin. Navarr. de spoliis Cleric. §. 1. num. 2. in fin. & de redditibus. qu. 1. num. 13. de Graffis. d. loco, num. 29. Barbof. d. loco, num. 32.*

18 Possunt Beneficiati, ex beneficii fructibus; filios, etiam spurios, *Palac. in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & uxor. §. 23. num. 13. Barbof. in l. 1. part. 4. num. 133. ff. solut. matrim. Navar. d. tr. de spoliis Cleric. §. 19. num. 10. cum seqq. Molina d. just. & jure. tract. 2. disp. 146. Azor. d. Inst. Moral. part. 2. lib. 7. cap. 10. qu. 10. fratres, sorores, consanguineos, inopes, alere: Corduba de Lara in l. si quis a liberis. §. 5. idem rescripsit. num. 95. & seqq. ff. de agnosc. vel alend. liber. Surd. de alim. tit. 1. qu. 25. num. 18. & 28. Garcias de expens. & molior. cap. 3. num. 32. Navar. in Apolog. de redditib. qu. 2. monitu. 26. num. 2. de Graffis d. loco, num. 27. filiae spuriae, & sorori inopi moderatam dotem committuere. *Anton. in c. 3. de arbitr. Palat. d. loco, num. 12. Sylvest. in Sum. verb. Clerici. 4. qu. 15. Reginal. in d. praxi. lib. 30. tract. 3. num. 101. & seqq. Molina de just. d. tract. 2. d. disp. in 6.**

19 Beneficiarius empta ex fructibus & redditibus Ecclesiae non potest alteri donare; *can. fixum. 12. qu. 4. c. res in Episcopatu. 12. qu. 2. Sarmient. d. tract. part. 3. cap. 2. num. 1. cum seqq. Vasq. de redditib. Eccles. cap. 1. §. 3. dicitur*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccle.

G IV

32



§. 3. dub. 1. per tot. quia sunt, ipso facto; Sarmient. d. loco. Ecclesie: can. placuit. 12. qu. 3. can. Sacerdotes. can. Presbyter. can. quicumq. 12. qu. 4. Azor. d. loc. Covar. ad d. c. 1. num. 4. Rodoan. de spoliis. qu. 3. num. 27. etiamsi non Ecclesie, sed Beneficiati nomine sint comparata. Covar. d. loc. Zaf. d. loco, num. 8.

Nec possunt Clerici de bonis intuitu Ecclesie acquisitis, licet, ut 20 supra dictum, eorum sint Domini: c. un. de Cleric. non resid. in 6. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 3. & sess. 24. de reform. cap. 12. hoc jure Pontificio, nequidem ad piam causam, testari. c. 1. & 2. c. cum in officiis. c. quia nos. 9. c. relatum. 12. de testam. can. Episcopi. 12. qu. 1. Adeo ut ne Pontifex quidem de redditibus sui Pontificatus testari consueverit. Piasec. 2. part. prax. Episcop. cap. 5. art. 4. num. 49. post Navarr. d. qu. 1. num. 27. & 73. Ratio est: Quia jus Pontificium voluit bona ejusmodi post mortem beneficiati redire ad Ecclesiam. d. c. 1. in fin. & c. cum in officiis. in fin. Idque ut averteret Ecclesiasticos ab accumulandis opibus, incitaretque ad res in vita liberaliter in usus pios expendendas. Etideo Clericis donationem talium bonorum inter vivos ad pios usus permittit: can. quod autem. 20. qu. 7. non autem testamenti factionem vel quasi, id est, mortis causa, donationem. Nisi facultatem de iis testandi à Summo Pontifice obtinuerint.

Qui eam concedere potest, & de facto saepe concedit. Piasec. d. 21 loco, in fin. Vallens. in parat. Decret. ad tit. de testam. §. 6. num. 3. Cum quod Ipsi bonorum Ecclesiasticorum administratio sit commissa; tum præcipue, quod hæc prohibitio testandi sit juris humani, supra quod cum sit Pontifex, ejus relaxandi habet potestatem. Covarruv. in d. c. cum in officiis. 7. num. 20. Azor. d. loco, cap. 9. qu. 2. Wames. consil. 372. num. 1. de pecul. Cleric.

Ejusmodi licentia hodie opus non est, quandoquidem generalis 22 consuetudine testamenti factio Clericis sit permittita; licet non passim omnibus Prælati ea competat. ut post alios tradit Covarruv. d. c. cum in officiis. 7. num. 23. Zaf. in Com. decret. tit. de testam. num. 6.

Quæ consuetudo justa est & valida; Quia, prohibitio, ne Clerici 23 de talibus bonis testentur, non est juris divini, naturalis aut Gentium; sed merè positivi, ut proinde contrario jure positivo; nempe consuetudine

[Zz]

dinc



dine contraria tolli possit. *Zaf. d. loco, num. 7. Vallens. d. loc. num. 5. de & Barbof. d. loco, num. 67.*

Nec dici potest talem testandi consuetudinem, in profanos usus, tacite improbari *in d. c. relatum*: quia eadem alibi, saltem ex parte, videtur probari. *c. suscepti. de elect. in 6. vide Covarruv. ad d. c. cum officis. 7. Less. 2. de Just. & jure. cap. 19. dubitat. 4. à num. 42.*

Planè licet *in c. 1. de testam.* prohibeatur Episcopo testari de re intuitu Ecclesiæ quæ sitis; & Paulus III. Prælatos adeo fecerit inhabiles, ut ne locis quidem piis, ultra partem decimam quocunque titulo vel qui velit, omnesque testandi contrarias concessionem eo redueat; *transfert Petr. Matth. in VII. Decretal. lib. 2. tit. 14. cap. 1.* tamen & S. Willebrordum, à quo initia nostræ fidei Belgium suscepit, testamentum sine ullius Pontificiæ facultatis mentione facta condidisse, & se nullius Episcopi testamentum eo nomine, quod non habuerit facultatem testari à Summo Pontifice in Belgio irritatum scire testatur Zypæus *in d. Jur. Pontif. novi. tit. de test. num. 7. Vallens. d. loco, num. 9. vers. plene.*

24 Clericis & Beneficiatis testandi licentia non est denegata super bonis quæ ante clericatum habuerunt; *d. c. 1. de testam.* & quæ post eum adquisiverunt ex successione amicorum, aut sua industria, cum ratione ordinis: quæ licet ratione Ecclesiæ acquirantur, non tamen immediate ex ejus bonis proveniunt, ut nulla Ecclesiæ fiat injuria, relinquendo ea aliis. *can. Episcopi. cum seqq. 12. qu. 1. can. de laici. vers. Episcoporum. 12. qu. 2. can. 1. cum seqq. 12. qu. 3. can. 1. & 2. 12. qu. 4. cap. 1. c. quitanos. c. relatum. il. 2. vers. ceterum. c. requisivisti. de testam. Covarruv. in d. c. 1. num. 13. & II. Navar. d. tract. de redditib. qu. 3. Clarus §. testamentum. qu. 27. Jacob de Grassis in aur. decis. part. 1. lib. 2. cap. 100. num. 29. vers. rursus.*

25 Beneficiatis & Clericis si ab intestato decedant, succedunt in bonis patrimonialibus & proprio labore & industria quæ sitis, primò liberi si quos habeant ex legitimo matrimonio, ut si ante susceptos sacros ordines fuerint conjugati: His deficientibus, secundo ordine parentes una cum fratribus & sororibus germanis. Deficientibus parentibus collaterales secundum gradus prærogativam, usque ad gradum decimum: Et his usque ad illum gradum deficientibus, Ecclesiæ, vel alii

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccle.

G IV.

32



re, cui servierunt. *can. fin. 12. qu. 5. can. Episcopi. 12. qu. 2. can. sint manifesta. can. fixum. 12. qu. 3. c. requisisti. c. relatum. il. 7. de testam. c. 1. de success. ab intest. Purpur. cons. 758. col. 2. Bellet. disquisi. Clerical. part. 1. tit. de bonis Cleric. §. 14. num. 3.*

In bonis autem intuitu Ecclesiæ quæstis succedit Ecclesiæ cui servierunt; id est, cujus est beneficium quod morientes obtinebant: *can. illud cum similib. 12. qu. 2. c. fin. de pecul. Cleric.* Si in pluribus Ecclesiis habuerint beneficia, pro rata singulæ admittuntur: *c. relatum. §. fin. de testam.* Quod si beneficium erat in altari tantummodo, vel Capella Ecclesiæ, non Ecclesiæ, sed Capellæ, sive Capellanus successor, succedit: *d. can. fin. 12. qu. 5. Barbof. d. loc. num. 59.*

Sed dum dicimus Ecclesiam succedere; distinguendum: Aut Ecclesiæ illa est Collegiata, seu Conventualis, & eo casu Collegium ipsum, vel Conventus, aut Congregatio, non autem Episcopus, vel Successor in beneficia, succedit: *can. illud. 22. qu. 2. d. c. relatum. ill. 2. vers. nomine.* Aut Ecclesiæ est simplex; & tunc successor in beneficio illius Ecclesiæ, vel Capellæ succedet pro Ecclesiæ vel Capellæ. In bonis vero eorum qui beneficium absque alicujus Ecclesiæ aut Capellæ administratione obtinebant, succedit Collegium vel Conventus, aut Congregatio ad quam illi pertinebant; vel ea deficiente Episcopus ex loci consuetudine. *d. c. requisisti. Hostiens. in sum. de success. ab intest. §. qualiter Ecclesiæ. Barbof. d. loco, num. 60.*

Quod si appareat demortuos & suis laboribus industriaque quæ-  
viffe, & ex patrimoniis habuisse bona aliqua, tum ea debent dividi in partes quatuor; quarum unam Episcopus, alteram Ecclesiæ, tertiam pauperes, quartam consanguinei capient: *c. 2. de success. ab int. vel circa hæc loci cujusque consuetudo attendenda. Piafec. d. p. 2. cap. 5. art. 4. num. 41.*

Plerisque hodie locis Clericis ab intestato decedentibus succedunt  
consanguinei hæredes, prout in tota Gallia obtinere, nisi sint bona comparata sub nomine, & ad opus Ecclesiæ, testatur Zypæus. *d. loco. detestam. num. 1.* ubique subjungit, in Belgio Clericis intestate defunctis, quoad bona mobilia succedere Capitula aut Episcopos; *Vallens. in part. Decret. tit. de success. ab intest. num. 7.*



29 Quomodo autem fructus beneficii Ecclesiastici inter haeredem Beneficiarii defuncti & successorem in beneficio sint dividendi, controversum est inter Doctores: Quidam censent esse dividendos pro parte anni: arg. l. divorzio. ff. soluto matrim. nam cum beneficium detur propter officium & servitium Ecclesiae, c. cum secundum. de praebend. c. in de rescript. in 6. sicut dos propter matrimonii onera l. prooneribus. Cod. de iure dot. inducenda videtur d. l. divorzio. dispositio. ut plac. Coram. lib. 1. variar. 15. num. 12. cum seqq. Sarmient. d. tract. lib. 4. cap. 6. num. 13. D'Escobar. de ratiocin. tom. 2. comput. 20. num. 23. Gutier. Caus. quast. lib. 1. qu. 33. Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. beneficium. §. 6. et part. 2. verb. renuntiatio. §. 2. Garc. de benefic. part. 2. cap. 1. num. 97. Alii fructus separatos à solo spectare ad successorem, non praedecessoris haeredes: Calderin. consil. 2. num. 2. & vers. tertius casus. tit. de pecul. Cleric. Surdus cons. 333. num. 6. vers. contrarium tamen. cum seqq. Pader de benef. int. utrumq. forum. verb. beneficium. diff. 2. Alii, & magis communiter; fructus ante obitum eius qui beneficium habebat collectos, transire ad eius haeredem; pendentes verò ad Ecclesiam, vel successorem in beneficio: Quia Clerici in vita usufructuariis aequiparantur, qui faciunt suos fructus collectos & à solo separatos, eosque transmittunt ad haeredes. Gloss. verb. primi anni. in c. si propter. ubi Domin. num. 7. Franch. num. 5. de rescript. in 6. Gloss. verb. reservari. in c. praesertim. ad Prob. ad Monach. num. 1. de offic. Ordin. in 6. Hostiens. in c. fin. num. 1. et ibi Zabarel. Imol. & Barbat. de pecul. Clericor. aliq. relati per Barbo. d. 50. num. 77.

30 Julius III. bulla sua incip. Motu proprio. publicata Anno 1510. disposuit, fructus, non spectantes ad Cameram tanquam spolia, spectare ad successores, modo non fuerint realiter percepti, & propriis bonis incorporati. Sed ea ubique non est usu recepta. Barbof. d. loc. num. 79. cum seqq.

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G. IV.

32



## TITULUS VI.

## De Decimis.

## SUMMARI A.

1. *Continuatio.*
2. *Decima, quoad nominis notionem quid.*
3. *Dicuntur Decima, omissa parte.*
4. *Et in singulari, Frequentius in plurali.*
5. *Decima soluta ante Moysen.*
6. *De iis persolvendis Legem tulit hic.*
7. *Cur ferri eam voluit Deus.*
8. *Earum rationem etiam olim habuerunt Ethnici.*
9. *Solvebantur Principibus.*
10. *Cultui Divino.*
11. *Quae solvunt Christiani, quales sunt res.*
12. *Quid sunt.*
13. *Quo jure sint introducta, controversum inter Theologos & Canonistas.*
14. *Sunt partim Juris Divini, partim Humani.*
15. *Cur & Humani.*
16. *Nec erunt juris Divini, si Ecclesiastici ex aliis Ecclesiae obventionibus sustentari possint.*
17. *Necessitas solvendi Decimas Lege Veteri introducta, per mortem Christi abolita.*
18. *Quota determinata per Ecclesiam.*
19. *Ex consuetudine potest esse alia.*
20. *Determinationis non videtur dari posse ratio.*

[Zz] 3

21. De



21. *Decimarum genera sunt tria.*
22. *Pradiales qua?*
23. *Quae Personales.*
24. *Quae Mixtae.*
25. *Haec nonnullis Superflua.*
26. *Dicta Decima in quo conveniant.*
27. *Differunt quadrupliciter: Primo Pradiales erant in obligatione, non Personales.*
28. *Pradiales debentur ex illicitè quaesitis, non Personales.*
29. *Quid, si acquisitio sit injusta, non retentio.*
30. *Personales debentur Ecclesiae, ubi acquirens habet domicilium: Reales Parochia ubi pradia sita.*
31. *Hec solvuntur integra; Illis detrahuntur Expensa.*
32. *Licet pro Mercatoris arbitrio facta.*
33. *Cur non idem in Realibus.*
34. *In iis cessat Regula: Non censeri fructus nisi deductis expensis. Non in Personalibus.*
35. *Quarum hodie rari usus.*
36. *Decima ex quibus solvi debeant.*
37. *An necessitate Praecepti.*
38. *Quae solvunt Decimas.*
39. *An solvuntur ex acquisitis per largitionem liberalem.*
40. *Qui teneantur ad Decimarum solutionem regulariter.*
41. *Praecipue in Decimis pradiales.*
42. *Pradiis elocatis Decimarum nomine conuertiuntur eorum Conductores.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



43. Decima non afficiunt pradia, sed eorum fructus: proinde qui hos percepit, & decimis non solutis ea in alios transfuit, pro iis conveniendus.
44. Licet sit Judaeus aut Infidelis.
45. Imò cujuscunq; status sit.
46. Personales Decima afficiunt personas, & tantum fidelium.
47. Clerici si considerentur ut fideles, ad pradiales tenentur: non sicut Clerici; ex bonis in quibus considerantur ut tales.
48. Ad Decimarum solutionem cogi possunt omnes, nisi specialiter sint exempti.
49. Contingit hoc quinq; modis.
50. Privilegio: Pontificis primo.
51. Eo à quarum solutione leprosi communiter viventes.
52. Cistercienses, Templarii & Hospitalarii.
53. Alii Religiosi.
54. Hoc privilegium ad quas decimas non extendatur.
55. Quando privilegia talia amittantur.
56. Quae hic Prelatorum inferiorum potestas.
57. Consuetudine decimarum solutio mutari vel remitti potest.
58. Sensus c. in aliquibus. 32. §. fori. hic controversus.
59. Quis verus.
60. Cum consuetudine decimarum quota minui possit, possunt & ipsa in totum ea tolli.



61. *Qua alia Consuetudinis vis.* nasteriis conventum habentibus.
62. *Qua in locis maritimis ditionum Belgii Hispano subjecti.* 73. Communiter omnes Praelati consensum Capituli, sic transigant adhibere debent.
63. *Decimas secundum Consuetudinem hodie non solventes non peccant.* 74. Remittere Decimas quando possint debent.
64. *Ea qualis esse debet.* 75. Decime, quoad personas, quibus solventur, considerantur dupliciter: vel pro jure percipiendi Decimarum fructus, vel pro ipsa percipiione.
65. *Cujus loci attendenda.*
66. *Libertas non solvendi Decimas an praescribi possit, controversatur.* 76. Illo modo considerata est jus spirituale, non hoc.
67. *Negat Rebuffus: utitur argumentis quinq.* 77. Illo modo considerata non cadit in Laicos.
68. *Contraria sententia verior.*
69. *Quare.* 78. Cur non.
70. *Qua hic Ecclesie auctoritas.* 79. Nec eos jurat ulla praescriptio.
71. *Qua Transactionis circa Decimarum praestationem vis: Et quae ad eam requirantur.* 80. Nisi jus decimandi habeant à Papa.
72. *Quid speciale in Mo-*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccle.

G IV.

32



81. *Sint Laici Conversi.*  
 82. *Acceperint ante Concilium Lateranense Decimam in feudum.*  
 83. *Quid, si hoc sit dubium.*  
 84. *Decima pro ipsa praceptione sumpta est res Temporalis: Et cadit in Laicos.*  
 85. *Elocari etiam eis potest ad tempus modicum.*  
 86. *Quod illud.*  
 87. *An elocatam elocare illi possunt Laicis aliis?*  
 88. *Decima pro jure decimandi considerata debetur Clericis.*  
 89. *Cur.*  
 90. *Intentionem fundatam ad Eam habent Parochi.*  
 91. *Episcopi ut Tales.*  
 92. *Capella in Parochias erecta.*  
 93. *Matrices Ecclesie.*  
 94. *Prædialis debetur Parocho loci ubi res sita.*  
 95. *Personalis, Parocho Ecclesie, in qua debitor percipit Sacramenta.*  
 96. *Quid si is in duabus Ecclesiis equaliter divina audiat.*  
 97. *Quid, si in Monasteriis audiat divina; an debetur Eis?*  
 98. *Quid, si plura habeat domicilia in diversis parochiis.*  
 99. *Quid, si domicilium mutaverit.*  
 100. *Ecclesia Baptismalis Et Parochialis que.*  
 101. *Quid, si inter eas oritur de jure decimandi controversia.*  
 102. *Parochum loci diximus habere intentionem suam fundatam: sed quousque hoc procedit.*  
 103. *Legitimus Titulus*

[Aaa]

hic



- hic est vel Consuetudo, 115. *Quid de jure Canonico.*  
 vel praescriptio, vel privilegium, vel compromissum. 116. *Debentur Novalium decima Ecclesiae Parochiali.*  
 104. *Consuetudo & Praescriptio differunt.* 117. *Quid, si Novale factum sit inter Parochianos.*  
 105. *Consuetudine acquiritur Parochiali Ecclesiae decima.* 118. *Quid, si nulli apparent limites.*  
 106. *Dummodo sit illarationabilis.* 119. *Privilegium decipiendis Decimis non comprehendit Novalium.*  
 107. *An talis sit, pendet ex aestimatione Judicis.* 120. *Nec praescriptio.*  
 108. *Acquiritur & Decima praescriptione: Et quali.* 121. *Nec consuetudo.*  
 109. *Et Papa privilegio.* 122. *Nec communio.*  
 110. *Et Compromisso.* 123. *Praestanda Decima integrè.*  
 111. *Et Transactione.* 124. *Statim fructibus collectis.*  
 112. *Possunt & Decimas permutare Ecclesia.* 125. *Quid, si mora perierint.*  
 113. *Debentur & Decima Novalium.* 126. *An conferri debeant in Clericorum horrea.*  
 114. *Novale quid de jure Civili.* 127. *Personales Decima quando praestanda.*

Corvinus  
 De Personis  
 et Benef. Eccles.

G IV.

32



- |   |  |
|---|--|
| 128. <i>Contra Decimarum debitorem confitentem quomodo procedatur.</i>                      | 136. <i>Qua in Petitorio Parochus.</i>                           |
| 129. <i>Contra negantem agitur vel possessorio, vel petitorio iudicio.</i>                  | 137. <i>Qua actione.</i>   |
| 130. <i>Possessorium ex quibus causis intentetur.</i>                                       | 138. <i>Qua alius Clericus.</i>                                  |
| 131. <i>Possessio qua hic intelligatur.</i>   | 139. <i>Utrumque iudicium potest cumulari.</i>                   |
| 132. <i>Possessorio adipiscenda quando hic agatur.</i>                                      | 140. <i>Iudicium de Decimis est Summarium.</i>                   |
| 133. <i>Qua in eo complectatur in libello suo Parochus: Qua alius Clericus, aut Laicus.</i> | 141. <i>Ad quem spectet Petitorium.</i>                          |
| 134. <i>Qua in possessorio retinenda.</i>   | 142. <i>Ad quem Possessorium.</i>                                |
| 135. <i>Qua in possessorio recuperanda, Spoliatus.</i>                                      | 143. <i>Quid, si Decima privilegio Pontificis sint concessa.</i> |
|   | 144. <i>Quid in Decimarum Conducto.</i>                          |
|   | 145. <i>Detinentium vel non solventium qua poena.</i>            |

**V**idimus de Fructibus Beneficiorum in genere; videamus  
nunc de singulis in specie: & primò de *Decimis*.

*Decima*, si notionem nominis spectes, nihil aliud sunt, 2  
quam cuiusque rei decima pars.

Unde & sæpe dicuntur *Decima*, omiſſa parte. *J*Crus *inl. 2. ff. de* 3  
*pollicit. Si decimam quis honorum vorit. Cicero in Verrem. lib. 5. Affirman-*  
*te se plus decuma non daturum;* per decumam intelligens decimam.

[Aaa] 2 Nam



Nam & hinc apud eundem Ciceronem lib. 2. de finib. Decumanus agrus, quo scilicet decimæ, vel decima pars fructuum penditur.

4 *Decima quoque in singulari fit mentio, in c. cum homines. 7. et al. hęc. 15. c. quamvis. 17. c. prohibemus. 19. de decim. primit. & oblat. frequentius tamen in plurali numero utimur; quod ut plurimum multarum rerum decima pars solvatur simul; vel, rectius, unius rei decima pars in solvendo iteretur sæpè; ut accidit in agrorum, arborum, & milium fructibus.*

5 *Decimarum persolvendarum usus est pervertitus; & imio voluntarius: Nam legitur Genes. cap. 14. Abraham solvisse Melchisedechi decimas ex manibus hostium à se devictorum. Cujus facti meminit D. Paulus ad Hebr. eos cap. 7. his verbis: Inveniri autem, quatuordecim hic, cui & decimas dedit de Præcipuis, Abraham Patriarcha. Item Genes. 28. cap. 1. traditur Jacob Patriarcha emississe vorum de solvendis decimis: Si fueris, inquit, Deus tecum, & sustodieris me in via, per quam ego ambulo; & c. cunctorumq. quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.*

6 *Postea de iis persolvendis Deo, Lex per Moysen lata: sicut constat Exod. 22. Decimas & Primitias non tardabis reddere. Levit. capit. Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Decimæ sunt. Et mox: Omnium decimarum, bovis & ovis, & capra, quæ sub pascuis virgæ transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur, nec bonum, nec malum, nec altero commutabitur; si qui mutaverit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur.*

7 *Voluit igitur Deus lege per Moysen latâ, decimas sibi reddere, non quod indigeret eis; (cum omnia illius sint: Psalm. 23. Domini est terra, & plenitudo ejus. & Psalm. 49. Non accipiam de domo tua vitulos, neq. de gregibus tuis hircos, quoniam mea sunt omnes fere sylvarum, jumentorum in montibus & boves; cognovi omnia volatilia cæli, & pulchritudo agrorum cum est) sed tantum in signum universalis domini. c. tua nobis. 26. c. cum non sit 33. cod.*

8 *Habita etiam olim apud Ethnicos Decimarum ratio: eaque Principes aut sibi, aut cultui divino, solvi voluerunt.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



*Sibi*: ut Pylistratus; qui ab Atheniensibus agrorum decimas 9  
 exigit: *Suidas verbo*  $\rho\epsilon\gamma\iota\sigma\tau\alpha\lambda\omicron\varsigma$ : Hetrusci, à Romanis, donec eo  
 tributo per Herculem liberati: *Plutarch. in problem.* 17. Triumviri, à  
 Romanis; ex omni patrimonio: *Dion. histor. lib.* 47. Attici, tempore  
 belli Peloponesiaci, à Ponticis: *Xenophon. lib.* 1. rerum Græcar. Indi  
 Reges, à subditis ex rebus venditis: *Strabo lib.* 15. Ut & Byzantii, à su-  
 is. *Arist. lib.* 2. *Oeconomicor.*

*Cultui divino*: Arabes Deo suo Sabin, ex thuraz: *Plinius lib.* 19. 10  
*natur. histor. cap.* 14. Egyptii Diis suis ex cinnamomo: *Plinius d. loco.*  
 Cyrus Jovi: *Herod. lib.* 1. ut & Cypellus Corinthius; *Arist. lib.* 2.  
*Oeconomic.* Græci Herculi: *Diodor. lib.* 5. *Plutarch. in problem.* Alii,  
 aliis, vide *supralib.* 1. tit. 1.

Mirum non ergo, si & Decimæ apud Christianos lege & usu sint  
 receptæ.

De his videbimus: 1. *Quid sint*: 2. *Quo jure sint introductæ*:  
 3. *Quotuplices*: 4. *Ex quibus rebus debeantur*. 5. *A quibus*  
*personis solvenda*: 6. *Quibus*: 7. *Quomodo*: 8. *Quod decima-*  
*ram Judicium*: 9. *Quale*: 10. *Coram quo Judice instituendum*:  
 11. *Quæ decimas non solventium pena.*

*Decimæ* sunt res, quæ Ecclesiarum ministris ratione ministerii Sa-  
 cramentorum persolvuntur.

Describi possunt: Quod sint pars decima omnium eorum, quæ  
 quis licitè, quavis ex causa, acquisivit, Ministris Ecclesiæ Exsolvenda.  
 c. 1. c. *pervenit.* 5. *cum seq.* c. *parochianos.* 14. c. *tua nobis.* 26. *vers. cum*  
*Deo debita.* c. *ex transmissa.* 23. c. *non est in potestate.* 22. *eod. can. decimæ.*  
 16. *qu. 1. can. quicumq.* 16. *qu. 7.*

*Quo jure* sint introductæ, Theologi & Canonistæ inter sese disci-  
 pant.

Alii, eas volunt indistinctè, Jure Divino deberi: *Innoc. in c. ult.*  
*de parochiis.* *Gloss. in c. 1. verb. decimarum. hoc. tit. in 6.* *Rebuff. tract. de*  
*decim. qu. 1. num. 11. & commun. alii rest. Franco. in d. c. 1.*

Alii distinguunt inter Decimas prædiales & personales: illas asse-  
 runt jure divino deberi; has non nisi ex præscripto Ecclesiæ. *Hostiensis*  
 [Aaa] 3 in Sum.



in sum. hic aliq. quos recenset. Covarruv. var. resolut. lib. 1. cap. 17. 20. sunt tamen hac in re. Alciat. lib. 1. consil. 22. in princ.

14 Alii, & rectè, censent Decimas esse partem juris Divini & Naturalis, partim Humani sive Ecclesiastici Divini & Naturalis, quatenus decima interserviunt alimentatiōni seu exhibitioni Clericorum, Juris Divini, propter Christi sententiam *Dignus est operarius mercede sua.* Luc. 10. & Matth. 10. repetitam à D. Paulo 1. ad Timoth. 5. ubi inquit: *Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, qui de sacramento sunt edunt, & qui aliter deseruiunt, cum altari participant.* Et 1. ad Corinth. 9. *Nemo suis stipendiis militavit unquam.* Et: *Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum non est, si nos carnalia vestra metamus.* Et Juris humani, quatenus secundum naturam, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequitur incommoda. l. secundum. ff. de div. reg. jur. Adde c. cum secundum. 16. hic. can. ex his. 12. qu. 1. Et in hunc sensum accipienda communita Theologorum, Pigh. lib. 5. Hierarch. Ecclesiast. cap. 7. *Fugientes in quinq. Ecclesie precepta. part. 5. lib. 1. cap. 1.* Villalob. in Summa. part. 2. tract. 33. diff. 1. num. 2. *Casto Palao in oper. morali. tom. 2. tract. 10. disp. un. puncto 1. num. 4.* & Canonistarum sententia: quæ est Decima de annuum jure divino deberi: ut *Gloss. in c. à nobis. & c. naper. hic. 2. de decim. num. 10.* *Rebuff. eod. tract. qu. 1. num. 14.* *Bonacof. com. app. lib. 1. tit. 10. num. 2. cum seqq. Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib. 5. cap. 19. à num. 11.* *Trullench. in precepta Decalogi. lib. 3. cap. 1. dub. 1. num. 4.* Quatenus vero decima excedunt Clericorum exhibitionem esse Juris Ecclesiastici, id est, Humani & Pontificii. d. c. *Parochiani. 14. c. in quibusdam. §. ille quippe. cum simil. hic.* Et sic procedit Theologorum, *Hag. de S. Victore lib. 1. de Sacram. part. 11. cap. 4. & 11. Thom. in 2. 2. qu. 84. art. 1. in corpore. S. Antonin. part. 2. Sum. tit. 44. cap. 3. §. 5. Abulenf. in Matth. cap. 23. qu. 90. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 23. qu. 4. Less. de Just. & Jure. lib. 2. cap. 29. dub. 1. num. 5. cum seqq. Suarez. de religiof. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 10. & 36. aliorumq. & Canonistarum, *Covarr. lib. 1. var. cap. 17. num. 2. & 3. Navar. in manua. cap. 21. num. 28. & de redditib. Eccles. qu. 1. num. 59. Gutier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 2. & 7. Garcia de expens. cap. 9. ex num. 90. Trullench. d. lib. 3. cap. 3. dub. 1. num. 7. Brito in c. 2. de locato. part. 2. à num. 30.**

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



*Cevall. com. contra commun. qu. 437. Solorzan. de Indiar. gubernat. lib. 1. cap. 21. num. 45. Barbof. Jur. Eccles. Univerf. lib. 3. cap. 26. num. 7. fententia, afferentium de Jure Humano & Pontificio decimas deberi.*

Cujus ratio est hæc: Quod nulla lege divina apud Christianos fit cautum, ut decimæ, id est, fructuum pars decima, præcisè exfolvantur. Non igitur quoad hoc Decimæ divini juris sunt. *D. Thomas in 2. 2. qu. 87. art. 2. in 2. arg. & ejusdem respons. quin Soto, Cajetanus & Theologi omnes sequuntur. teste Gregorio de Valentia. tom. 3. Comment. Theolog. disp. 6. qu. 5. de Decimis. punct. 1. vers. ut hæc omnia. Covar. d. loc. num. 2.* Quippe sub Lege Evangelica solum tenemur facere, quæ spectant ad legem purè divinam; quæ à Christo per ejus Apostolos præcepta sunt nobis: juxta illud Matth. ult. cap. *Docentes eos servare omnia, quæcumq; mandavi vobis.* At de solvendis decimis, nec in Evangeliiis, nec apud Apostolos extat præceptum ullum. &c. Intellige, quoad ipsam quotam, id est, decimam partem, Ecclesiæ Ministrorum alimentatiõni non subservientem.

Hinc si Ministri Ecclesiæ aliunde ex obventionibus Ecclesiæ habeant sustentationem; nec tunc quidem decimæ juris naturalis aut divini erunt: Cum hoc casu rationes, cur Decimæ Naturalis aut Divini juris esse dicantur, cessent: Videlicet hæc: *Dignus est operarius mercede sua: Quis militat suis stipendiis: & similes.* Quippe legis ratione cessante, cessat & ipsa Lex: *l. adigere. 6. §. quamvis. ff. de jure patronat. & c. cum cessante. 60. in princ. de appellat. Canif. in Comment. ad Decret. tit. 6. cap. 3. num. 9.*

Quod autem decimæ jubeantur dari in Lege Veteri, hoc per mortem Christi est abolitum, *Valleus. in parat. ad Decret. h. t. §. 5. num. 6.* ut & ejusdem Legis præcepta cætera; *D. Thoman. c. 2. qu. 103. art. 3. ad 2. Soto de Just. & Jure. lib. 2. qu. 5. art. 4. Navar. in Man. cap. 21. num. 28. Covar. var. resol. lib. 1. cap. 17. in princ. Greg. de Valentia tom. 2. Comment. Theolog. disp. 7. qu. 7. puncto 7. cæremonialia, judicialia, (ad quæ præceptum de decimis pertinebat: *S. Thom. d. loc. Soto d. loco. qu. 4. art. 2. Archid. in cura decime. num. 3. caus. 16. qu. 1.*) imò & moralia: Quæ tamen durant vi naturalis rationis. *Greg. de Valentia d. loco. Covar. d. loc. num. 1. Canif. d. loco, num. 10.**

Nihil



18 Nihil faciunt varia capitula, adferentia à Deo esse institutas Decimas; Intelligentia enim quoad sustentationem: non etiam quoad quotam, quæ, per Ecclesiam, ad imitationem Legis Veteris, iustis et causis, est determinata; *Navar. in Sum. cap. 21. num. 28. Covarr. d. loco. Azor. d. loc. qu. 4. Lessius d. loc. num. 4. Suar. de relig. tom. 1. lib. 1. cap. 9. & 10. Zaf. Comment. ad Decret. h. t. num. 2. Vallens. d. loco. scilicet Decima: "iva ἐκ πολλῶν διδασκόμεθα τὴν δεκάτην: ὡς ὅτι ἐν ἀνεστῶσι" ut multis exemplis discamus quam familiaris Deo sit denarius: ut ait Plato in lib. de congressu quarenda erudit. gratia: Qui etiam dicitur perfectus & quodammodo omnium numerorum limes: si quidem post eundem non proceditur, sed fit reiteratio ab eodem ad alium, numerum, duplicem vel triplicem, & sic deinceps. *D. Thom. in 2. 2. qu. 87. in resp.**

19 Ex consuetudine tamen interdum non decima, sed duodecima, quindecima, ac vicesima præstatur: tamen si præstatio hæc retinetur nomen Decimæ. *Maurize in Jur. Canon. select. tit. hoc.*

20 Sed determinationes Decimarum per Ecclesiam factæ iusta & convenienti non videtur dari posse ratio. Nec enim eadem est ratio inter hoc tempus & illud; inter hanc Legem & illam: In populo Israelico ex duodecim tribubus una erat Sacerdotalis; ut sic esset proportioniter fructuum partem decimam, & totius Gentis duodecimam. In Ecclesia vero ne quidem populi pars vigesima pertinet ad Clerum: nec ea deberet sufficere. Deinde tribui isti nulla erat assignata pars immobilium. Dicendum tamen: dari posse. Est enim in Sacerdotibus Nova Legis dignitas major; functio gravior & excellentior, quam fuit in Sacerdotibus Legis Veteris; major ergo, ut in veneratione habeatur, indiget splendore atque auctoritate. Præterea, non erat Sacerdotibus Veteris Legis prohibita negotiatio, ut est Sacerdotibus Legis Nova. *Zaf. d. loco, num. 3.*

21 Decimarum genera sunt tria: Aut enim Decimæ sunt Prædiales aut Personales, aut Mixta.

22 Prædiales sunt quæ solvuntur ex proventus prædiorum: veluti ex frugibus, feno, fructibus arborum, molendinorum obventionibus, ædium locatarum pensionibus. *c. pervenit. 5. c. extr. ansmij. l. 23.*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



*ex parte. 21. c. non est. 22. hic. can. cunctis. c. 1. can. de decimis. 45. cum seqq. 16. qu. 1. c. pen. de patris.*

*Personales sunt, quæ solvuntur ratione personæ: puta ex lucro negotiationis, venationis, militiæ, vel ejus alterius muneris aut artificii. d. c. non est. 22. can. 4. quicumque 16. qu. 7. can. decime. 16. qu. 1. In exceptionib. Egberti Archiepisc. Eboracens. cap. 100. De militia, de negotio, de artificio redde decimas. Concilium Troscjanum cap. 6. Fortassis verò dicit aliquis, non sum agricola, non habeo unde possim dare decimas fructuum terrenorum, vel etiam armentorum. Audiat quicumque est ille, miles sit, negotiator sit, artifex est. Ingenium quo pascereis Dei est: & ideo inde ei dare debes decimas. In Capitulis incertæ editionis: Unicuique enim homini Deus dedit artem, qua pascitur: & unusquisque de arte sua, de qua corporis necessaria subsidia habet, animæ quoque, quod magis necessarium est, subsidium administrare debet. Imò si necessitas urgeat, & ad cladem avertendam mancipiorum etiam decimæ sunt offerendæ. Ut est in epist. Episcop. Turon. Provincia ad plebem missa post Concil. Turon. 2.*

*Mixtæ dicuntur Decimæ, quæ partim prædiales sunt, partim personales: veluti quæ ex fructibus pecorum, ovium in prædiis nostris colliguntur, concurrente nostra industria. c. pervenit. 5. cum seq. hic. Hostiens. in sum. eod. num. 3. Navar. in Man. cap. 21. num. 29. Sylvest. & Angel. in sum. verb. decima. in princ. Azor. d. lib. 7. cap. 34. qu. 3. Monet. de decim. cap. 3. num. 9. Canis. cap. 2. num. 1. vers. Mistæ. Valens. §. 5. num. 3. vers. Mixtæ. Zas. num. 14. hic.*

*Sunt qui hanc speciem superfluum judicant; Barbosa d. lib. 3. 25 jur. Eccles. univ. cap. 26. num. 9. Cum propter l. in pecudum. 28. in princ. ff. de usur. tum quia vix dari possunt prædiales, quarum perceptio, etiam ex personæ industria non resultet: Dd. in d. c. ad Apostolica. Sic & sic tantum duas species ponant, reales scilicet, & personales. Ista rursus subdividentur, in Majores, quæ ex frumento, vino, oleo, aliisque id generis penduntur; & Minores sive Minutæ; quæ ex hortis, & partu animalium solvuntur. c. tua nobis. & ibi Gloss. eod. Zas. d. loc. & num. 14. Canis. d. loco. cap. 2. num. 4.*

[Bbb]

Dicit



26 Dicitur decimæ inter se in uno conveniunt; & quadrupliciter differunt.

*Conveniunt*: Quod stante sustentatione congruâ pro temporum locorum vel personarum qualitate, mutationem recipiant. Et sic ex consuetudine, vel privilegio, vel constitutione Ecclesie, potest vel major vel minor quantitas institui. *Soto de just. & Jure. lib. 9. qu. 4. ar. 3. vers. quarta conclus. Covar. d. cap. 17. num. 8. Sylvest. d. verb. decima. num. 10. Barbos. d. loco, num. 11.*

27 *Differunt*: Primò: Quod *prædiales* debebantur & percipiuntur ex Lege veteri: *Personales*, licet olim possent solvi, non tamen erant in obligatione: *S. Thomas d. qu. 87. art. 2. in corpore. ut in hodie. juxt. d. c. ad Apostolica. & c. pastoralis. hic. Navar. cons. 1. a. num. 7. de decim.*

28 *Secundò*: Quod *prædiales* debeantur, licet prædia sint iniuste acquisita: cum etiam debeantur ad invasore: *c. à nobis. 24. & Gloss. c. ex transmissa. 23. verb. licitè. hic.* Cujus ratio est: Quod cum decimæ debeantur ratione oneris realis, quod comitatur rem, à quo canque possideatur. Undè non possit videri Ecclesia accipere alienum, aut approbare factum injustum, aut injuriam facere domino: quia ipse sic rem possideret, teneretur solvere decimas. *Gloss. in d. c. à nobis. 24. verb. negotio. Turrecrem. in d. c. ex transmissa. num. 5. Abb. in c. pastoralis. num. 3. & in c. commissum. etiam num. 3. & in c. cum homines. hic. Tyndar. d. tract. num. 49. Rebuff. eod. tract. qu. 6. num. 18. Monct. eod. tract. cap. 4. num. 39. Personales* verò ex illicitè quæsitâ non debentur; si quidem acquisito sit formaliter injusta; ut per *furtum, rapinam, usuras.* Quia sic lucrans rerum ita quæsitarum non acquirit dominium, ut non possit de iis disponere, nec tenentur Ecclesie ad partem lucri, quod est restitutioni obnoxium: *juxta c. peccatum. de reg. jur. in 6. ut non sit in bonis, atque ita nec lucrum. fac. l. non possunt. ff. de jure fisci. Tyndar. d. tract. num. 5. & Rebuff. d. loc. Evgra. de quinque præcept. lib. 1. cap. num. 14. sum seqq. Moart. d. cap. 4. num. 42.*

29 Quod si acquisitio respectu actus quidem sit injusta, sed retentio in se non sit injuriola atque injusta, prout in meretricis & hystionis, *l. 2. §. 1. ff. de jure fisci. l. 1. ff. de jure fisci. l. 1. ff. de jure fisci. l. 1. ff. de jure fisci.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



sed quod meretrici. ff. de condict. ob turp. caus. debentur decimæ, per se loquendo. Dico per se loquendo; Quia si sequatur scandalum ex acceptione aut indecentia, tunc Ecclesia decimas recipere ex eo respuit: fac. Deuteron. cap. 23. ibi: Non offeres mercedem prostibuli; &c. Barbof. in loco. num. 31. Zesf. d. loco. num. 7. Gloss. in c. ex transmissa. verb. licitè. hic. & ibi Abb. & Innocent. & alii. Nisi pœnitentium peregrint. d. Gloss. d. loco. S. Thom. 22. qu. 87. art. 2. ad 2. Covarruv. in reg. peccatum. part. 2. §. 11. num. 1. seqq. Monet. d. cap. 4. num. 49.

Tertio differunt: Quod personales debeantur Ecclesiæ, sub qua domicilium habet acquirens & Sacramenta percipit, etiamsi alibi lucrum perceperit; c. ad apostolica. 20. &c. pastoralis. 28. hic. Reales verò parochiæ, sub qua sita prædia, ex quibus debentur. c. quoniam. 13. eod. Vallens. d. loco. num. 3. Maurize in d. Jur. Canon. select. b. t. vers. decimæ prædiales. Et vers. personales. Nos in Jure Canon. strict. per Aphorism. explic. b. t. Differentiæ ratio est; Quod hæc sint onus reale, quæ prædia sunt affecta certis Ecclesiis ex ipsamet Ecclesiæ institutione, & parochiarum divisione, per quam factum, ut prædia in Parochiis singulis sita penderent iis decimas: non faciente quod prædiorum dominus alibi habitet. Quia hoc prædiorum qualitatem non mutat. l. cum in tua 30. eod. Saltem jure ordinario: nam potest mutari consuetudine. d. c. ad Apostolica. c. cum sint homines. 18. eod. Illæ verò, cum nihil realis oneris contineant, sed merè personale (debitæ quippe ratione ministerii & beneficii, quod recipitur ab Ecclesia) debentur ei Ecclesiæ, etiamsi aliundè percipiantur, cum sequantur personam: quò modo & ea translata ad aliam Ecclesiam, eidem debebuntur. Zesf. d. loco. num. 22.

Quarto differunt: Quod Decimæ prædiales integræ solvantur, nullis detractis expensis, veluti seminis, culturæ vel alterius rei; In Personalibus detrahantur impensæ, quæ factæ sunt in quærendis, emendis & convehendis mercibus. c. cum homines. 7. c. ex parte. 21. cum seqq. o. tua nos. 26. c. pastoralis. 28. hic. Concilium Avenionense cap. 4. Cum igitur Decimæ ac Primitiæ aded debita sint, ut sine voluntate eorum, quibus debentur, absque mortali peccato non valeant retineri: volumus & præcipimus, ut tam laici, quam alia persona, de bonis omnibus sibi col-



latis à Deo, non deductis expensis, ad solutionem ipsarum per Ecclesiasticam censuram compellantur. Et cap. 6. Concilii Tolosani: Universitatem de bonis & proventus suis, non deductis expensis, Ecclesiis unguis decimas & primitias solvere teneantur.

32 Quod de personalibus diximus, procedit, etiam si expense non utiliter, sed pro Mercatoris arbitrio sint facta: dummodo non in decimarum fraudem. Post Innoc. & alios Rebuff. d. tract. de decimis. qu. 11. num. 4. Exemplo, quod diximus, illustretur. Titius in mercis comparandas impendit aureos centum, eas postea vendidit centum quinquaginta; hic priusquam ex dicta summa centum quinquaginta, praestet decimas; subducat in primis centum, quibus merces sunt emptae; deinceps portoria, vectigalia, itineris impendias & se forte his deductis remanserint ex lucro viginti, decimarum nomine tenebitur ad duos assens.

33 Quod non est, ut dictum, in decimis pradiialibus. Caus. d. l. num. 2. Idem, quod Deus, pradiiales Decimas sibi reservaverit in regnum universalis dominii. d. c. tua nobis. 26. & cum non sit. 33. l. Barbof. d. loco num. 38. Usque adeo, ut etiam ante exactionem tributorum & censuum, qui Principi penduntur, deduci jubeantur decimae aut non deductae, tanquam onus annexum tributa & census committuntur. d. e. cum non sit. 33. c. cum homines. 7. eod. Maurize d. loco vers. 10. in fin. Vallens. d. loco num. 3. in fin. Covarr. var. lib. 1. cap. 17. num. 13. Lessius de Just. & Jure. lib. 2. cap. 59. num. 3. num. 16. Suar. de relig. lib. 1. cap. 35. Caldas de empt. cap. 5. num. 7. Decima enim, ubi debetur, solvi debet integra. Rot. decis. 489. num. 1. & decis. 541. in fin. part. 1. recent.

Et idem nec propter sterilitatem est deneganda: Rebuff. d. tractatu; quest. ult. num. 22. Mones. d. tract. cap. 8. num. 26. nec praeterita quod sibi debetur; cum in futuris decimis non admittatur compensatio. Rebuff. d. qu. ult. num. 19. Cened. ad Decret. collector. 66. num. 2. Mones. d. cap. 8. num. 61.

34 Cessat ergo in Decimis Pradiialibus regula, quae habet; Non censeri fructus, nisi quod deductis expensis superest. l. fructus. 7. ff. soluto matrim. l. 1. Cod. de fructib. & litium expens. Quae habet locum in personalibus; utpote quas Deus in veteri testamento non reservavit.

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



rit sibi: idèd & ex his expensæ rectè deducantur. *d. c. pastoralis. 28. hic*  
 Cum etiam non debeantur nisi ex lucro. *d. c. pastoralis in verb. & de*  
*residuo, quasi de lucro.* Militat ergo in his regula: Quia lucrum non  
 intelligitur, nisi deducto omni damno: quod & in expensis factis con-  
 sistit. *l. Mutius. 30. ff. pro socio.*

Nec facit, quod *d. c. pastoralis 28.* loquatur tantum de negotia-  
 tione; cum extendatur & ad alia lucra, rationis paritate cogente; Quia  
 ut in negotiatione, ita & in aliis personalibus, acquisitis, non dicitur  
 quis adquirere; nisi quod superest deductis expensis.

Verum cum hodie nullus autrarior usus sit personalium Decima-  
 rum, *Soto de Justit. & Jure l. 9. qu. 4. art. 2. Navar. in man. can. 21. num.*  
*31. Gutier. qu. Canon. lib. 2. cap. 21. num. 33.* non est quod his longius im-  
 moremur. *Canis. d. loco. num. 3. in fin. & cap. 7. num. 4.*

Afferit tamen Rebuffus. *d. tract. de Decimis qu. 12. num. 5.* sole-  
 re bonos Advocatos & devotos lucrum suum ex postulationibus refer-  
 re in scripturam, & postea, in fine mensis vel anni, illud recognosce-  
 re. Imò addit, se multos vidisse, qui dispositos haberent loculos pro  
 decimis.

Solvi debent Decima, tam prædiales, quam personales, de omni-  
 bus fructibus, ex prædio vel hominis ministerio productis; ex quibus  
 fuerint petita; idque necessitate præcepti. *c. non est. c. nuncios. c. ex parte.*  
*il. 1. hic. Monet. d. tract. cap. 4. num. 1. Suar. d. tract. tom. 1. tract. 2. cap.*  
*34. num. 1. & 4. Riccius in praxi aurea. resolut. 109. Fagund. d. tr. in*  
*quinque Eccles. præc. præc. 5. lib. 1. cap. 2. num. 2. & cap. 4. à num. 1. Hier.*  
*Carac. de Jurib. Paroch. tom. 5. cap. 17. Trullench. in Decalog. lib. 3. cap.*  
*3. dub. 2. à princ.* Siquidem eæ correspondere debent Spiritualibus,  
 quorum ratione debita sunt administratori; & constat omnia spiritua-  
 lia administrari fidelibus; undè necessariò est dicendum, ratione omni-  
 um temporalium decimas omnes ex illorum fructibus, ex necessita-  
 te præcepti esse perfolvendas. *ut deducit D. Thomas 2. 2. qu. 87. art. 1. in*  
*corpore. ex auctoritate D. Pauli. 1. ad Corinth. cap. 9.* Accedit, quod  
 decimæ ex intentione Ecclesie ad congruam ministrorum sustentatio-  
 nem sunt instituta; ut dictum *supra;* proinde erat æquissimum, eas  
 non tantum constitui in rebus certis, sed in omnibus, quæ unusquis-



que ad vitæ suæ subsidium acquirit. *Barbos. d. lib. & cap. §. 1. num. 1.*

37 Dixi; *Necessitate præcepti*; ad significandum, teneri omnes ad folvendos decimas sub præcepto peccati mortalis *c. peruenit. c. frequenter. hic juncto can. nemo. I I. qu. 3.* eò quod alias subtrahunt illud quod spiritalium Ministris, ex lege justissima est debitum. *Covarruv. var. resolut. lib. I. cap. 17. num. 4. post S. Thomam. d. loco. ad 4. Seco lib. 9. de Just. & Jure, qu. 3. art. 1. col. 9. vers. primo ergo. Castro advers. barjos. verb. Decima.*

38 *Decimam autem solvunt*; Omne frumentum & granum, *c. non est hic. Rebuff. d. tract. qu. 8. num. 3. Monet. d. tr. cap. 4. num. 2. Fegund. d. præcepto §. lib. I. cap. 4. num. 2.* Vinum, *d. c. non est. oleum, mel, Rebuff. d. qu. 8. num. 8. crocum, Mantic. decis. 341. num. 1. Zypaus in d. l. ysi fur. Pontific. novi. h. r. num. 2. faba, & legumina alia, c. 3. hic. Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 4. nuces, amygdalæ, castaneæ, & alii arborum fructus, can. decime. I 6. qu. 1. d. c. non est, c. cum homines. hic. Monet. d. cap. 4. num. 5. olive, Barbos. d. loc. num. 7. mororum folia, ubi est consuetudo, Seraphin. decis. 827. saccharum, Ferret. cons. 195. num. 2. Putens decis. 80. lib. 1. in correctis. piscatio. c. peruenit. Fegundæ, d. lib. 5. prax. lib. 1. cap. 2. num. 4. & 20. apes, seu earum cera & mel, c. nuncios. hic. vel pecunia inde redacta, Rebuff. d. qu. 8. num. 15. Monet. d. cap. 4. num. 18. lac, lana, & animalium foetus, d. c. ad Apostolicam. 20. & ibi Gloss. vers. personales. Menoch. consil. 398. num. 36. & 40. Monet. de Pace in pract. rom. 2. part. 1. cap. 5. num. 8. cum seqq. cum matris lacte materno non indigent; Rebuff. d. tract. qu. 6. num. 3. & 30. & 31. Vinc. de Franch. decis. 114. Venatio, aucupium, d. c. non est. Monet. d. cap. 4. num. 19. & 20. jumentorum pastura, c. commissum. hic. Cardin. in Clem. 1. hic. num. 15. Rebuff. d. qu. 8. num. 22. ligna, Rebuff. d. loco. num. 26. Monet. d. cap. 4. num. 13. fenum, d. c. peruenit. §. hic. Rebuff. d. loco. num. 9. Monet. d. cap. 4. num. 6. linum, canape, Rebuff. d. cap. 8. num. 8. Monet. d. cap. 4. num. 8. negotium & artificium, can. decima. 16. qu. 1. c. non est. c. pastoralis. hic. Rebuff. d. qu. 8. num. 19. militia sagata, d. c. non est togata. Rebuff. d. loco. num. 20. & seqq. furta, Rebuff. d. qu. 8. num. 20. Monet. d. cap. 4. num. 32. lapidicium. *Ac.**

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



*Azor. d. cap. 3 §. qu. 9. Rebuff. d. quast. 8. num. 23. metallorum fodinarum, Monet. d. cap. 4. num. 34. molendina, d. c. ex transmissa. hic. Rebuff. d. cap. 8. num. 6.*

An ex acquisitis per largitionem liberalem, ut testamentum, legatum, donationem, sint danda decimae; est inter Canonistas controversum: Afirmat Abbas *in c. pastoralis. c. s. pervenit num. 2. hic.* Quem sequitur Fagundez. *d. precepto 5. lib. 1. cap. 2. num. 5.* 1. Quia decimae solvendae sunt ex omni lucro: *d. c. pastoralis. ibi quasi de lucro decimas persolvendas.* 2. Ex omnibus licite acquisitis: *d. c. non est. & d. c. ex transmissa. 23.* 3. In recognitionem universalis dominii; *c. tua nobis. 26. vers. cum exim. hic. & honorem Dei, qui dignatus est totum dare. can. decima. 16. qu. 1. Negant Innocent. in d. c. non est. num. 2. Sylvest. in sum. verb. largitio. §. 12. num. 12. Rebuff. d. qu. 8. num. 31. Monet. d. cap. 4. num. 37. & alii: hac ratione; Quod haec res neque ex terra, neque ex operis nostris proveniant, & subsequenter earum decimae, nec inter praediales, nec personales recenserentur possint. Distinguit Glossa *in d. c. pastoralis. verb. quasi de lucro.* inter filium succedentem patri, & heredem extraneum: non illum, sed hunc teneri decimas solvere, vult: Panorm. *in d. c. pastoralis. num. 8. in filio subsistit: in extraneo nihil certi constituit: nisi quod putet consuetudinem in hac quaestione esse adeundam: Optima enim, inquit, legum interpretis est consuetudo. c. cum dilectus. de consuet. Quae sententia & mihi probatur. Nec enim dubium est in rebus, quae occurrunt quotidie, loci extare consuetudinem, quae dicet vel decimas esse solvendas, vel non. Canis. in cap. 1. h. e. num. 7.**

Ad Decimarum functionem regulariter tenentur quilibet Baptizati, qui de manu Sacerdotis Sacramenta percipere tenentur, cujuscunque generis, ordinis, vel gradus, sint: *d. c. ex transmissa. 23. cum seq. e. nuncios. 6. & passim hic.* aded ut nequidem Imperator de non solvendis decimis alicui possit facere gratiam. *c. tua. 15. eod.*

Quae regula praesertim obtinet in decimis praedialibus; quas, ut dictum, Deus in signum universalis dominii sibi in Clericorum, usum reservavit. *d. c. tua nobis 26.*

Ut hinc fructus praediorum a solo separati, onere decimarum affecti



fecti dicantur hoc est, ut ad quemcunque fructus transeunt, comin-  
tur & eos decimandi jus. *c. cum homines. 7. c. pastoralis. 28. vers. fructus.*  
*c. cum non sit. 33. hic.*

42 Elocatis ergo prædiis, decimarum nomine non conveniuntur  
prædiorum Domini, sed eorum Conductores. *c. dilecti. 8. c. a nobis.*  
*24. c. tua nobis. 28. eod.* Si quidem res eum suo onere transit ad alium.  
*d. c. cum non sit. & d. c. pastoralis. c. ex literis. de pignor. & l. alienatio. ff.*  
*ff. de contrah. emt. vend.*

43 Sciendum tamen decimas, non afficere ipsos fundo, sed tantum  
eorum fructus: Undè si post prædiorum suorum fructus perceptos  
quis ea decimis non solutis transtulerit in alios: non hi, sed ille decima-  
rum nomine est conveniendus; scilicet conditione ex canone, quo  
decimæ sunt introductæ; si fructus apud eum extant; *arg. l. an. ff. de*  
*condict. ex lege. si consumpti;* conditione sine causa vel iniusta causa.  
*l. 3. Cod. eod.* Equitati enim est consentaneum, ut alter alterius odium  
non prægraveretur: *c. non debet. 22. de reg. jur. in 6.* Neque factum ven-  
ditoris nocere debet emptori *l. factum cuique 155. princ. ff. ed. l.*  
*ecet contrarium velit Abbas in d. c. cum homines. 7. num. 6.* Exultimus  
potius novos possessores esse conveniendos, *Motus d. c. tua nobis. ibi.*  
*hic. ubi decimæ appellantur animarum egentium tributa; at in tributa*  
*receptum ut ipsa efficiant prædia. l. Imperatores. 7. ff. de publican. & re-*  
*sigal.* Sed errat. Ostendit hoc d. cap. tua nobis hæc verbis: *Etiam*  
*de cunctis omnino proventibus decimæ sint reddendæ, sicut colonus de par-*  
*te fructuum, quæ sibi remanet ratione cultura, sic & dominus de parte,*  
*quam percepit ratione terre, decimam reddere sine diminutione tractat.*  
Ex quibus clarum colonum partiarium ad decimarum ad decimarum  
functionem revocari pro parte fructuum à se perceptorum, non solum  
dominum ratione domini; quod certè fieret, si sequeretur Abbe-  
tom. Decimæ ergo non fundum, sed solos fructus afficiunt. Quod &  
liquet ex *c. cum non sit. 33. & c. cum aliquibus. 32. eod.*

44 Quò fit etiam, ut, cum prædiales decimæ sint onus fructuum  
solo separatorum (nam pendentes censentur pars fundi, *l. fructus*  
*pendentes. 44. ff. de rei vind.*) rectè quoque Judæos & Infideles ad eas  
præstandas conveniri: *c. de terris. 16. hic. ibi: vel possessiones penitus re-*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



nuntiandas. c. quanto. pen. de usur. Azor. part. 1. Inst. moral. lib. 7. cap. 14. quest. 1. Vasqu. in opusc. de benef. cap. 1. §. un. dub. 9. Suar. d. tr. de religiof. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 4. & 5.

Item Religiosos, c. 2. §. pen. hic. in 6. c. 3. & 4. eod. c. veniens. de<sup>45</sup> transactiva. Reges, Principes, aliosque cujuscunque status aut generis. ad quos fructus prædiorum perveniunt; nisi privilegio Summi Pontificis, vel alio jure, se doceant exemptos, d. c. à nobis. 24. eod. c. ex transmissa. 23. Rebuff. d. qu. 5. princ. Carat. de jurib. Parochial. tit. 5. cap. 9. Azor. d. loc. cap. 24. qu. 1. Monet. d. tract. cap. 5. à princ.

Quoad decimas personales; cum ex personas onerent, non res; <sup>46</sup> Joan. Andr. in c. cum homines. hic. l. 1. §. si hæres. ff. ad Sc. Trebellian. sed personas tantum fidelium dicendum ad eas non obligari Judæos aliosque infideles: Gloss. verb. persolvendas: ubi: unde personales decimas non persolvunt. in d. c. de terris. 16. ubi Butr. sub num. 6. vers. vel oppono. Soto de just. & jure lib. 9. qu. 4. art. 4. Suar. d. lib. & cap. num. 4. vers. in qua distinctio. Ricciol. de jure personar. extra grem. Eccles. existens. lib. 2. cap. 9. num. 1. Trullinch. in Decal. lib. 3. cap. 3. dub. 10. num. 1. Diss. Gloss. in c. quanto. sub Figurat. casus in fin. de usur. & in can. decima. 16. qu. 1. Anchar. in d. c. de terris. num. 1. & ibi Abb. num. 6. Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 11. & alii.

Econtra Clerici qualescunque, etiam Episcopi, Suar. d. loc. num. <sup>47</sup> 13. M. Anton. Genuens. in practical. Eccles. qu. 628. num. 1. Barbof. d. lib. & cap. §. 3. num. 10. si considerentur ut fideles & Parochiani; ad prædiales solvendas tenentur: *De inc. omnis utriusque sexus. de penit. & remission. per c. 2. vers. illi verò. & c. commissum. 4. hic. D. Thomas. 2. 2. qu. 87. art. 4. Soto. d. lib. 9. de just. & jure. qu. 4. art. 4. Covarr. var. lib. 1. cap. 17. num. 8. vers. 1. Lessius de just. & jure. lib. 2. cap. 39. dub. 5. num. 21. Gutier. lib. 2. Canon. Quæst. cap. 21. num. 26. Leon Thesaurus Eccles. part. 12. cap. 12. num. 52. si considerentur ut Clerici, non tenentur ex illis bonis, in quibus considerantur tanquam tales: Barbofa d. lib. & cap. §. 3. num. 2. ut sunt beneficia eorum, d. c. 2. in princ. decimæ quas ipsi perceperunt, Rebuff. d. qu. 5. num. 6. Monet. d. cap. 5. qu. 1. num. 8. aut prædia ejusdem Ecclesiæ; ex quorum fructibus clericali jure vivunt. Gloss. in c. 1. verb. ullo. de censib. Abb. num. 6. in d. c. 2. & in c. nuper. notab. 1. hic. Rebuff. d. qu. 5. num. 20. fructus personales quos*

[Ccc]

cx



ex officio clericali accipiunt. Covarruv. d. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8. vers. 1. Monet. d. cap. 5. num. 4. secus si temporalitudo. Covarr. d. loco. & versic. primum hinc constat. Suar. d. loco. num. 21. Rebuff. d. qu. 5. num. 4. Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 6. cap. 3. num. 2. Zaf. dict. loco num. 22.

48 Itaque ad Decimarum functionem tenentur & ex Sacrorum Canonum praescripto cogi possunt, omnes, Laici, Clerici; nisi doceri possint, se specialiter exemptos. c. à nobis. 24. hic. Nec enim ea omnibus & singulis ita praecise incumbit, quin ab ea quatenus est Juris Canonici seu Positivi; liberentur interdum vel subleventur.

49 Contingere hoc potest quinque ex causis: Nempe 1. Privilegio. 2. Loci consuetudine. 3. Praescriptione. 4. Transitione. 5. Eius cui debentur Remissione. Singulae perlustrandae.

50 Privilegio; non Principis Laici, d. c. à nobis. 24. c. tua. 25. c. ad dum. 31. hic. non Episcopi, Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 28. & 32. Fagund. d. praec. 5. lib. 2. cap. 4. num. 6. (Cum quia à Papa singulis Ecclesiis sunt assignatae decimae; can. 1. caus. 13. qu. 1. Tum quia in Concilio Cabilonenfestatum, ne Ecclesiae antiquitas constitutaque pararentur decimis: can. Ecclesiae, cum sequentibus. 16. qu. 1. Episcopus autem dispensare non potest contra Concilium. Gloss. in c. cum dilectus. verb. in aetate. de elect. Barbof. de offic. & potest. Episc. part. 2. d. 33. num. 25.) sed Pontificis c. ex multiplici. 3. c. suggestam. 9. cum seq. Ei à nobis 24. c. pen. hic c. 2. §. pen. eod. in 6. c. 1. in princ. de praebend. de 6. propter supremam ejus in Ecclesiam Ecclesiasticaeque jura potestatem. Dd. commun. in d. c. à nobis. Covar. d. lib. 1. var. cap. 17. num. 9. Guier. Canon. quast. lib. 2. cap. 21. num. 26. & 130. Piasc. praxi Episc. part. 2. cap. 4. num. 63. Hieron. Roderic. in compend. quast. regular. resolut. co. num. 2. cum seqq.

51 Sic leprosi communiter viventes eximuntur à solutione decimarum de hortis, qui sunt in domus circuitu & nutrimentis animalium suorum: c. 2. de Eccles. edificand. Hispan. in tract. regular. decimar. qu. 11. num. 2. Monet. d. c. 5. num. 25.

52 Sic Cisterciensibus, Templariis sunt indultae decimae laborum id est, praediorum suorum, non novalium, quae propriis coluntur manibus

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



nibus & sumptibus *c. ex parte 10. c. ad audientiam. 13 hic.* modo ante Concilium Lateranense *c. pen. eod.* non post, sint acquisita.

Aliis verò Religiosis in *d. c. ex parte.* conceditur, nè solvant decimas de hortis & nutrimentis animalium suorum, id est, de animalibus, quæ ipsi nutriunt suis sumptibus, (non quæ dant aliis nutrienda & tenenda, *Clem. 1. ibi Gloss. verb. animalibus. & verb. teneri. hic. Abb. in d. c. ex parte. in fin. & ibi Ancharan. num. 2. vers. istud etiam.* nisi redeant vesperi ad monasterium: *Rebuff. d. tr. qu. 14. num. 57. Monet. d. cap. 5. num. 14.*) & de novalibus, quæ propriis manibus & sumptibus excolunt. *d. c. ex parte. & ibi Hosiens. num. 4. Butrius num. 9. Anchar. num. 3. Rebuff. d. tract. qu. 14. num. 45. Monet. d. tr. cap. 4. num. 56. Lezana in Summa tom. 3. verb. decima. num. 2. cum seqq. Launet de Francobis. de contror. int. Episc. & Regular. quest. 72. & pro usu Monasterii interserviunt. Abb. num. 3. Joan. de Anan. num. 2. Anchar. num. 2. ad d. c. ex parte. Rebuff. d. qu. 14.*

Hoc tamen privilegium non extenditur, ad decimas, in quarum perceptione erat Ecclesia Parochialis, aut alia. *Oldrad. conf. 268. Choppin. lib. 3. de sacra politia. tit. 2. num. 7.*

Sicut nec extenditur ad prædia ab aliis condita. *c. dilecti. 8. hic.* Nè privilegium, quod est odiosum, quia est contra jus commune, extendatur. *Zaf. d. loco. num. 25.*

Neque etiam privilegium super decimis laborum, extenditur ad terras, quæ aliis colendas tradunt; *c. licet. 11. eod.* nisi id ipsum exprimat. *Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 27. qu. 7. Suar. d. tract. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 19. num. 13. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. qu. 18. num. 5.* Quia privilegium hoc de non solvendis decimis est personale, & personas non egreditur. *l. in omnibus causis. 68. ff. de div. reg. jur. Rota decis. 23. parte 2. divers. Trullench. in Decalog. lib. 3. cap. 3. dub. 11. num. 4. in princ.*

Privilegia, à decimarum solutione eximentis incipient enormiter Ecclesiam Parochialem, cui de jure debentur decimæ, lædere, amittuntur; *c. suggestum. c. dilecti. & ibi Gloss. verb. enormiter. hic. c. quod per novale. de verbor. signif. Rebuff. d. qu. 14. num. 55. Menoch. conf.*



156. num. 9. vol. 2. vel saltem inoderantur. c. 2. §. ubi autem. hic. in 6. Barbof. d. loc. num. 44.

Possunt etiam talia privilegia, si Ecclesia damnosa, sub vel ob reptionis argui & rescindi. d. c. quod per novale. junct. l. 2. Col. de precib. Imp. offerend.

Idem juris est, si ex post facto causa privilegii cessaverit, d. c. fegestum. 9. hic. cum sublatâ causâ, tollatur quoque ejus effectus. cum cessante. 60. de appellat. Canis. ad hunc tit. cap. 17. num. 4.

56 Inferiores Prælati non habent hanc remittendi licentiam; cum nihil possint contra legem Superioris. vid. supra.

Est tamen illis licentia decimas, aut earum partem, aut beneficia ex iis instituta ad opera vel loca pia, commodius applicare, uniendo, dividendo, prout res postulabit. Concil. Trident. sess. 24. de reformatione. cap. 13. Suar. d. lib. 1. cap. 15. in fine. Zaf. d. loco num. 32.

57 Consuetudine modus solvendi decimas mutari, vel etiam solvendo remitti potest. text. in c. in aliquibus. 32. §. fin. hic. Ubi his verbis Innocentius III. in Concilio Lateranensi: *Illæ quippe decime necesse sunt solvenda sunt; quæ debentur ex Lege divina, vel loci consuetudine approbata.*

58 Explicatur, scio, variè à Doctoribus: Bernardus & Innocentius *ibid.* exaudiunt eum de consuetudine loci in præstandis decimis huic, vel alteri Ecclesiæ: *juxta c. cum sint.* 18. & *c. cum Apostolica.* 20. eod. non verò intelligi volunt de decimarum quota, quam loci consuetudine loci tolli posse, vel diminui: *per can. quicumque* 16. cap. 7. *c. cum homines.* 7. hic. Male: Loquitur enim expressè d. c. cum in aliquibus. de decimis ipsis, non de Ecclesiis, quibus præstantur. Alii hanc quidem consuetudinem intelligunt de decimarum quota, sed eam putant à Papa esse approbatam. Sed cum in textu nulla fiat Pontificis mentio, & apertè ipsi textus in verbis, *vel loci consuetudine approbata* repugnet; ejicienda illorum sententia ut conjecturalis mera. Hosteniensis verò verba d. §. fin. *ex lege divina*, intelligit de prædialibus decimis; & subsequentiâ, *vel de loci consuetudine*, de personalibus. Sed & sola conjectura ducitur. Joan. Andreas, quem sequitur Abbas ad d. c. in aliquibus. §. fin. putat consuetudine loci decimarum præstanti

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles

G IV.  
32



nem non posse diminui, sed rectè augeri; ut sit sensus: Quod decima prædiales & personales, non solum necessario sint præstandæ, sed & quod ultra decimam ex consuetudine loci debetur, ut est, nona, octava, sexta pars. Sed & hæc interpretatio mera coniectura est.

Natæ hæc variæ interpretationes, quod putarent Doctores illi decimarum præstationem esse divino jure introductam, ideoque contraria consuetudine abrogari vel minui non posse. *c. fin. de consuetud.* Falluntur, ut supra ostendimus; & hanc distinctionem adhibuimus: Quod decimæ, quatenus Clericorum exhibitioni subserviunt, consuetudine aboleri, vel eis derogari non possit; utpote cum hac specie juris sint naturalis, atque juris Divini: quatenus verò extra causam exhibitionis Clericorum, sunt Juris esse Ecclesiastici, non divini vel naturalis; & consequenter in iis consuetudini esse locum, *juxta d. c. fin. de consuetud.*

Alius ergo *d. §. fin.* est sensus: Scilicet quod illæ decimæ necessario sint solvendæ, quæ debentur vel juxta quantitatem lege divinâ constitutam, quam Ecclesia, ex veteri testamento desumptam nova sanctione reduxit & innovavit; ut accidit, ubi decimæ solvuntur integræ: vel juxta quantitatem consuetudine loci creptam: ut sit, ubi solvitur minor pars quàm decima; & tamen hæc quantitas, quamvis minor, vulgari more loquendi adhuc vocatur decima. *Bellarmin. tom. 2. controvers. de Clericis. lib. 7. cap. 25. de decimis. dub. 1. Suar. d. lib. 1. cap. 12. Zes. hic. num. 33. Canis. hic. cap. 17. num. 7.*

Cui certè consequens est, si quora decimarum (quæ est pars decimæ) consuetudine loci possit diminui, ut non decima, sed duodecima, vel vigesima, vel alia minor solvatur, posse & integras decimas eadem ratione tolli consuetudine: dummodò Clericis, quibus aliàs debentur decimæ, ex proventibus Ecclesiæ aliunde sit prospectum. *Canis. d. loco. Barb. d. loc. num. 64.*

Hinc colligitur; Valere consuetudinem, qua introductum, ut 68 ex certis fructibus, vel bonis, uti minutis; verbi gratia, olenibus, rapis, fabis, & similibus, non solvatur decima, vel non integra: *c. commissum. 4. c. dilecti. 8. c. in aliquibus. 52. hic. Guido Papa conf. 284. Covarruv. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 8. vers. 7. Azor. Inst. Moral. d. lib. 7. cap. 37. quæst. 2. & 9. Rebuff. d. tract. qu. 13. num. 46. Monet. d. cap. 5. num. 23.*



62 94. *Cancer. Variar. tom. 1. cap. 23. num. 11.* Item valere consuetudinem, ut una Ecclesia ex eodem prædio accipiat decimas majores, alia minores: *Hostiens. inc. cum in tua. §. respondemus. hic. quem ibi sequuntur omnes.* Item: Possit ex consuetudine decimas uni Ecclesie debitas, adscribi alteri, & solvi: *c. cum sint homines. c. ad Apostolica. hic. Corvin. d. cap. 17. num. 8. Fagundez. d. precept. 5. lib. 3. cap. 1. num. 4. Gualter. pract. lib. 1. quest. 17. num. 2. & 5. Rebuff. d. tract. qu. 13. num. 47.* Valere consuetudinem, ut Clerici nullas solvant decimas; ut Laici non solvant personales, vel non nisi in fine anni. *d. c. ad Apostolica. 20. cum similit. Vallens. in parat. h. t. §. 8. num. 3.*

Planè personales decimas, seu ex lucro industria, nullibi sunt ex consuetudine solvi restantur Navar. *in manual. cap. 21. num. 31. Corvin. d. cap. 17. num. 8. Monet. d. cap. 5. num. 35. Vallens. d. loco, num. 3. vel pl. ne. Zoel. d. loco, num. 33.* ut & supra diximus; usumque ex hac materia Decimarum, si qua alia, valde variare. *Zypæus in Anal. Jur. Polit. Nov. h. t. sub num. 5.* Nam alibi debent lignorum decimas, animalium alibi, alibi leguminum.

62 Sic, eodem *Zypæo referente*, in maritimis locis ditionum Belgii Hispano adhuc subjecti, consuetudo obtinere dicitur, quod is qui terram aliquam natantem, concedente Principe (In Cujus aliqui Regalia transit, dum mare aut flumen non retrocedit eodem impetu, sed inundat tempore longissimo, mutatque plane formam) vindicet a mari & munit aggeribus, lucretur decimas, quando ab hominum memoria non fuit culta, & nunquam Ecclesia habuit decimas.

Alioquin si Ecclesia semel habuerit decimas, & Princeps concedat Dominis prioribus vindicationem; tunc sicut proprietatis recedit ad Dominum, ita & decimæ ad Ecclesiam.

Si tamen agri, ex quibus debebantur decimæ, maneat inculti per annos centum, & postea nascantur fruges, debebuntur Decimæ; Quod hoc casu non fuit mutata forma, ut in priori per inundationem.

63 Ex quibus omnibus clarum, citra peccatum, non solvi hodie decimas, secundum consuetudinem: Cum usus diuturnus vim habeat abrogandæ legis, etiam Ecclesiasticæ, ab ejusque obligatione liberandæ, atque ita remittendi decimas per legem Ecclesiasticam requiritas. Oportet

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



Oportet tamen fit rationabilis & legitime præscripta; scilicet vel 64 tempore immemoriali, vel saltem annorum quadraginta. *Gloss. in c. fin. de consuet. maxime in hac materia, propter Ecclesiarum grave damnum. Zaf. h. t. num. 33. in fin. Covarr. d. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8. vers. decimo. Gutier. d. cap. 21. num. 65.*

Sed dubitari potest, quæ consuetudo in decimarum solutione sit 65 attendenda; locine vicinioris, an loci ubi existunt prædia, an ubi fit decimarum solutio, an diocesi. Distinguendum: Aut in loco, ubi sita sunt prædia, & sit solutio, nulla est consuetudo, vel si adest, est dubia, & tunc consuetudo loci vicinioris est attendenda, vel loci prædominantis. *Achilles. decis. 3. num. 2. 6. & 8. sub tit. de decim.* Item, si in loco, ubi decimarum fit solutio, vel prædia sunt sita, nulla adest consuetudo; in viciniori verò loco adest aliqua, & in loco dominantis adest diversa; & tunc attendenda est consuetudo loci vicinioris, non loci dominantis, aut Jus Commune: *Puteus decis. 176. lib. 3. in correctis:* Aut in loco, ubi prædia sunt sita, consuetudo adest particulares, & illa tunc est attendenda: Item si in loco adest aliqua consuetudo, & in Diocesi alia; tunc etiam est attendenda consuetudo loci particularis, & non diocesis. *Puteus decis. d. 176. num. 6. & 7. lib. 3. Cavaler. decis. 95. num. 3. & decis. 107. num. 1.* Consuetudo enim specialis præferenda est generali. *Barbosa d. loc. num. 72.* Item & attendenda est potius ea consuetudo, quæ favet Parochiali, quam quæ favet prædiali; cum sit rationabilior; & juri communi conformior. *Curt. jun. conf. 2. in fin. Affl. decis. 80. num. 9. Barbos. d. loc. num. 72.*

Jam de præscriptione videamus, an & quatenus immunitas à non 66 præstandis decimis per eam acquiratur?

Et quidem Rebuffus *d. tract. de Decimis. quæst. 13. num. 55. post 67* Dominic. *in c. 2. col. ult. de præbend. in 6. Barbatium conf. 35. Sapienter. col. 6. in 2. vel. omnesque illos qui decimarum solutionem divini juris esse asserunt: de quib. supra. Generaliter tradit Regulam: Quod nullus, sive Clericus, sive Laicus, libertatem nullas solvendi decimas, præscribere, etiamsi viveret mille annos, possit.*

Fulcitur ea argumentis quinque. Primum est: Quod Deus sibi, in universalis dominii signum, reservaverit decimas: *d. c. tua nobis.*



26. c. cum non sit. 33. hic. Ergo, Præscriptione non possunt tolli. arg. competit. Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. ubi in specie Salicet usum. 2. Secundum: Peccatum est solvere decimas tardius quam convenit, c. decima. 16. qu. 1. Ergo multo magis si solvatur nihil. Quippe peccata tanto sunt graviora, quanto diutius infelicem animum detinent allegatam. c. ult. de consuetud. Tertium: Decima, entium animarum sunt tributa: d. can. decima. & d. c. tua nobis. Unde videtur consequens ea præscribi non posse; cum subtrahere alimenta idem sit quod occidere. l. nec ave. ff. de agnosc. & alend. liber. Quartum: Is qui est in mala fide, præscribere non potest. c. fin. de præscript. c. possessor. de reg. jur. in 6. At ille qui immunitatem à præstandis decimis præscribere nititur, in mala fide est, saltem præsumptione juris; cum contra jus agat. c. qui contra eod. in 6. l. quemadmodum. Cod. de agricol. & censit. Quintum: Non potest præscribere, qui verè vel quasi non possidet, cum nulla sit possessio munitus. c. sine possessione. eod. de reg. jur. At Laicus jus decimarum non possidet, c. causam. 7. de præscript. Ergo.

68 Quibus tamen argumentis (cum ex antedictis appareat esse à nobis discussa) non obstantibus; rectius existimant alii, immunitatem vel libertatem à præstandis decimis tempore immemoriali sine titulo, l. 1. de præscript. in 6. (quia juris præsumptio est in contrarium. d. c. 1.) quadraginta annorum spatio, cum titulo, (quia regulariter, c. de privileg. de privileg. non minor præscriptio currit contra Ecclesiam: c. 4. & 8. de præscript.) præscribi, etiam per laicos posse; Licet in jus percipiendi decimas, nulla præscriptione acquirere valeant, c. causam. eod.

69 Siquidem dicta immunitas non consistit in percipiendis decimis ex alienis prædiis, in quo versatur decimandi jus, quod est spirituale sed ut habeat quis fructus integros à decimarum onere: quod nec spirituale est, nec quasi spirituale, ac consequenter nec ejus incapaces sunt Laici. Covarruv. var. resol. d. lib. 1. cap. 17. num. 10. Gregor. de Valentia Comment. Theol. g. tom. 3. disp. 6. qu. 5. puncto 6. in fine. Vasquezus Theol. controvers. lib. 2. cap. 89. num. 10. Navar. conf. 2. num. 5. tit. de decimis. Canif. h. t. cap. 30. num. 6. Zes. h. t. num. 34. Vallens. in par. b. t. §. 10. num. 4.

70 Cæterum, non obstante consuetudine, privilegio, aut præscriptio,

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



one, est in Ecclesia auctoritas & potestas de novo imperandi decimas, etiam ubi nunquam fuerunt solutæ; si ita expedire videatur Pontifici, propter necessitatem Ecclesiarum, quarum ministris & fabricæ non est aliter provisum, aut aliàs est nocivum. *fac. c. suggestum. 9. hic. ubi Abbas. num. 4. Gloss. in can. rescripta. 25. qu. 2. Suarez. d. lib. 1. cap. 20. num. 1. & 2. Cas. d. loc. num. 35.*

*Transactio* etiam tolli vel minui potest decimarum præstatio. *c. 71. 2. c. veniens. 6. de transact. c. ex multiplici. 4. c. nuper. pen. hic.* Idque non tantum, ubi Clerici inter se transigunt, sed & si cum Laico facta sit transactio: *d. c. 2. & ibi Bernard. in fin. Gloss. ibid. & Hostiens. fac. c. 2. de his que fiunt à Prælat.* dummodo transactioni accesserit Episcopi vel Summi Pontificis auctoritas: alioqui illa non est perpetua, sed personalis; hoc est, Clerici transigentis personam non egreditur. *d. d. c. c.* Nam, cum in rei Ecclesiastica alienatione, qualis & est transactio; *l. non solum. 4. Cod. de præd. & aliis reb. minor.* requiratur consensus & subscriptio Capituli, si Ecclesia est Cathedralis; *can. sine exceptione. 12. qu. 2.* si Ecclesia inferior, assensus Episcopi, *can. placuit. 12. qu. 2.* necesse est, & in transactione perpetua ejus interveniat auctoritas. *d. c. 2. d. c. veniens.*

Sed in Monasteriis, quæ Conventum habent, hoc est, amplius, ut *72* transactio etiam temporalis de decimis iniri non possit, sine consensu, saltem tacito, ipsius Conventus. *c. continebatur. 2. de his que fiunt à Prælat. sine conf. & Clem. 2. de Eccles. non alien.*

Idem communiter obtinet & in aliis Prælatibus, ut non minus hi in *73* transigendo Capituli sui consensum adhibere teneantur. *c. 3. & ibi Panorm. num. 3. de transact.* Licet enim Prælatibus à jure generalem habeat administrationem in rebus Ecclesiæ suæ; *c. 2. de donation.* non tamen ea continetur transactio, quæ est, ut dictum, quædam alienatio, *l. mandato generali. ff. de procurat. junct. d. l. non solum.*

Postremus modus exemptionis à Decimis est *Remissio.* Potest *74* enim Episcopus decimas, maxime suæ mensæ debitas, ex justa causa, remittere. *c. qui a circa. 22. de privileg.* Debet Clericus, cui debentur, pauperibus; *can. fin. 16. qu. 1.* ut & si ex receptione earum oriretur scandalum. *ut supra dictum. Cas. d. loc. num. 19. Vallens. d. loco, num. 6.*

Videndum nunc de *Personis* quibus sunt solvendæ Decimæ: præ- *75*  
[D d d] mit-



mittendum tamen, *Decimam*, quoad hoc propositum, considerari potest dupliciter. Nempe *pro jure ipso percipiendi decimarum fructus*: Et *pro ipsa perceptione*, seu ipsis fructibus qui decimarum nomine percipiuntur. *D. Thomas 2. 2. qu. 87. art. 3.*

76 *Priore modo* si consideretur, est jus spirituale dependens. Quia, cum competat propter ministerium spirituale, ab eodemque dependeat ministerio; merito veluti quoddam accessorium eidem ministerio, jus spirituale dependenter appellabitur: *Altero* si modo consideretur, non. Quia fructuum perceptio res est temporalis, eoque in rebus temporalibus consistat, quas res constat ordinari ad hominum alimoniam.

77 Sic sunt *priori modo* considerata *Decima*, in Laicos cadere non potest: *c. causam qua. 7. & ibi Gloss. commun. de prescript. c. quoniam 17. & ibi Gloss. Abbas, Butrius. hic. eod. Covarr. var. resol. lib. 1. cap. 17. num. 6. Menoch. illustr. cap. 89. num. 6. Gutierrez. controvers. canon. lib. 2. cap. 21. num. 64. & 71. Moneta d. tract. cap. 5. qu. 3. num. 17.* eoque quod Laici non possint administrare spiritualia, à quibus inseparabiliter dependet. *ca. 1. ibi jure Sacerdotum. 16. qu. 7. c. tua. 25. in princ. hic. arg. c. sacrosanctus. 51. & c. Missana. 56. de elect.* Nam & hinc jus decimandi, *Sanctissimus* Deidicitur. *in c. ad huc. 15. hic.* Eoque pertinet gravis illa communitio Gregorii VII. in Concilio Lateranensi: *Decimas*, inquit, *quas in usus pietatis concessas esse Canonica auctoritas demonstrat, à Laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus: Sive enim ab Episcopis, vel Abbatibus, vel quibuslibet personis eas acceperint, sciunt se sacrilegii crimine committere, & aeternae damnationis periculum incurrere. text. est can. 1. can. 16. qu. 7.* ubi & subjecta annotatio nova tradit, hoc Concilium celebratum fuisse Romae in Laterano Anno Domini 1078. sed & adjecturam canonem Gregorii VII. fuisse repetitum ab Innocentio II. in Concilio Romae à se habito. Unde videant Laici detentatores decimarum, quoad periculo salutis versentur.

78 Igitur *Laici* sunt *incapaces juris decimandi*, ita sancientibus sacra canonibus, à quibus illud institutum est in exhibitionem Clericorum, non Laicorum. *c. ad apostolicam. 20. hic.* Nec illo titulo sive emptionis sive permutationis, sive donationis, aut simili, illud sibi acquirere possunt.

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



sunt; sed si quid obtinent, illud restituere debent Ecclesie, ad quam spectat; sub poenis à sacris canonibus præscriptis *in c. ad hęc. 15. d. c. quamvis. 17. c. prohibemus. 19. hic. d. can. 1. 16. qu. 7.* non tantum ideo, ut diximus, quod juris decimandi sint incapaces; sed &, quia jus decimandi est spirituale, ac proinde nullam æstimationem recipit. *c. ult. in fin. de rer. permut. & ibi Gloss. & Hostiens.*

Quare nequidem Laici ex concessione Prælatorum Ecclesie licite decimas decinent: *d. c. quamvis. 17. d. c. ad hęc. 15.* multò minus ex concessione Principis, aut alterius Laici. *c. dudum. 31. §. ceterum. hic.*

Quibus consequens est Laicos, si quod obtinent jus decimandi, 79 nullà præscriptione, etiam immemoriali, se tueri posse, propter defectum possessionis veræ, vel quasi *d. c. causam qua. de præscript. & ibi Gloss. Innocent. Hostiens. Imola, Abbas, Bald. & alii. Balb. tract. de præscript. 1. part. 4. princ. qu. 7. num. 53. & part. 1. 5. à num. 56. Covar. d. loc. num. 6. vers. quero. Rebuff. d. tr. qu. 13. à num. 67. Gutier. præct. controv. lib. 1. qu. 15. à num. 2.*

Cæterum, cum nulla ferè sententia Juris ita sit perpetua, ut non exceptionem, pluresve admittat, *l. omnis definitio. ff. de div. reg. jur.* dispiciendum, an non & hujus rei dentur. Reperiuntur tres, quæ huc accersendæ.

*Prima* est; In Laicis qui Jus decimandi Beneficio Summi Ponti 80 ficis sunt consecuti: Nam & hujus rei, licet spiritualis, Pontifex Laicum potest facere capacem; Panorm. *d. c. causam. num. 3.* ducto argumento à jure eligendi Prælatum, quod etiam est spirituale; *d. c. sacrosancta. 51. & d. c. Missana. 56. de elect.* & tamen Pontificis auctoritate rectè communicatur Laico: *can. Adrianus. & can. in Synodo. dist. 63.* Rectius adscribitur hoc Pontificis potestati supremæ, quam habet in omnes Ecclesias earumque bona. *c. 2. de præbend. in 6. can. 1. & 2. dist. 22.*

Nequeres caret exemplo: Nam refert Covarruv. *præct. quæst. lib. 2. cap. 35. num. 3. vers. Tertio quoties.* Reges Castiliæ Ferdinandum & Isabellam Regni Granatensis decimas obtinuisse à Pontifice, sed ditandi Ecclesias lege adjunctâ.

Ex dictis liquet: Quod, etsi præscriptio immemorialis & privilegium ambulent pari passu, hoc est, quod per privilegium obtineri potest,



test, idem etiam possit per immemoriam prescriptionem; *c. supra quibusdam. §. praterea de verb. signif. & l. hoc iure. 3. §. ductus. 4. ff. de aqua quot. d. & estiva.* id tamen non obtinere in decimis aliisque iuribus spiritualibus; quæ nulla prescriptione, licet immemoriam, acquiri possunt à Laicis, propter professionis defectum. *d. c. causam. de prescript. & ibi Abbas num. 3. & Felin. num. 2. & alii.*

Diversum est in Clericis, qui eum decimarum aliorumque iurum spiritualium sint capaces, idcirco jus decimandi non minus recipiunt prescriptione, quam privilegio, *c. ad aures. 6. de prescript. & l. cod. in 6. Canis. h. t. cap. 13. num. 3.*

§1 *Secunda exceptio* est; In Laicis Conversis etiam si nullo ordine Clericali sint insigniti: quales sunt Equites Melitenses, Hospitales de Ordinis Teutonici. Nam hi propter religionem quam profitentur, non sunt merè Laici; sed propter eadem vota substantialia sui Ordinis, quodammodo connumerantur Monachis: & idcirco quoque in ius decimandi admittuntur. *c. 3. de privileg. c. quamvis. 17. in verbis Laici in seculo remanente. hic. arg. ducto à contrario sensu. ut ibidem notat P. normit. Canis. d. loco, num. 4.*

§2 *Tertia exceptio*; Est in Laicis, qui ante Lateranense Concilium decimas à Ecclesia acceperunt in feudum: Has enim ex eisdem Concilii concessione licet possident: *c. cum apostolica. 2. de his que sunt à Prelat. c. 2. §. san. hic in 6. Covarr. var. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 4. verum olim sanè. non tamen sine periculo animæ; c. prohibemus. 19. licet ut pote cessante Ecclesiæ necessitate, ob quam eas acceperunt in feudum. c. cum cessante. in princ. de appellat. Par. orm. in d. c. prohibemus.* Unde & in d. c. cum Apostolica. monentur, non coguntur, Laici eas restituere. Monentur inquam, ad avertendum malum, quod forte propter deteriorationem diuturniorem illis intentat Deus; cum decimæ sint, & dicuntur, Dei sanctuarium, & egentium animarum tributa, *c. ad hac. 15. c. ad tua nobis. 26. hic.*

§3 Sed quid sentiendum de Decimis illis, quas Laicus quidem afferit, se majoresque suos possedisse; sed an bigatur, an ante prædictum Lateranense Concilium. Communiter volunt hunc Laicum decimas eas justè possidere, dummodo probet possessionem tantum temporis, cum

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



initium non extat memoria. *Joan. Andr. Ant. de Butrio. & alii in d. c. cum Apostolica. Anchar. & Cardin. c. causam que de prescript. Jacob. à S. Georgio. tract. de feud. in verb. mero & mixto imperio. ad fin. Covarr. d. loc. vers. sed si dubitetur. Menoch. de presumpt. lib. 6. presump. 86. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 1377. num. 32. Gilchen. de prescript. part. 3. cap. 8. num. 23. Suarez. d. lib. 1. cap. 27. num. 4. Nec, ut volunt Abbas. in d. c. cum apostolica. Felin. in d. c. causam. qua, & c. cum contingat. num. 4. de foro compet. Rebuff. d. qu. 13. num. 69. Menoch. d. presumpt. 86. num. 5. & alii necessaria est probatio fama, quæ dicitur Laicum eas decimas in feudum habuisse ante dictum Concilium Ripa in c. 2. col. ult. de judic. Aymon. de antiq. tempor. part. 4. cap. absolutis. num. 57. Covarr. d. loc. §. per c. 1. §. ult. de prescript. in 6. Quippe ex immemoriali præscriptione titulus præsumitur: c. 1. de prescript. in 6. & d. l. hoc. 3. §. ductus. 4. ff. de aqua quotid. & astiva.*

Sed dicendum, solam præsumptionem tituli ex immemoriali tempore non sufficere: Quia, secundum Bartolum, in l. 1. Cod. si adversus credit. unumquemque probare oportet, sive sit actor, sive reus, intentionis suæ causam. l. si minorem. 4. Cod. de in integr. restit. l. 1. Cod. de probat. & l. 1. & 2. ff. cod. ubi Ictus: *Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat.* At qui allegat se majoresque suos decimas in feudum recepisse ante Concilium Lateranense, cum sit intentionis suæ fundamentum, & facti quaestio, id probare tenetur. Neque enim juvat immemorialis possessio sive detentio; quæ nulla dari potest in Laico: nisi tribus casibus supra recensitis: quique ante omnia doceri debent. c. 2. de restit. spoliar. in 6. *Joan. Monachus & Archidiaconus. rest. Panorm. in d. c. cum Apostolica. num. 12. Canis. d. loco num. 9. vers. Ego hac in re.*

Posteriori modo, hoc est, pro ipsa perceptione, seu ipsius fru-<sup>84</sup>ctibus; qui decimarum nomine capiuntur, si sumatur Decima, erit res temporalis, cò quid in rebus temporalibus consistit, quas res constat ad hominis alimoniam ordinari. Et sic in Laicos cadere, c. 2. de locato. *Gloss. in c. quamvis. 17. hic;* & ad vitam aliudve tempus, accedente maximè Superioris auctoritate, eis concedi potest; ita ut nomine & titulo Ecclesiæ possideant. Eamque sententiam Doctores frequen-  
[Ddd] 3 tiori



tiori calculo admittunt. *Cardin. in d. c. cum Apostolica: col. 4. de his que fiunt à Præl. sine cons. Abb. in c. ad hec. & d. c. quamvis. h. t. Bald. in l. si ususfructus. ff. de jure dot. Covarruv. d. loc. vers. tertio hinc apparet. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 7. num. 11. Rebuff. d. tract. quæst. 10. num. 34.*

85 Sed & decimarum fructus laicis elocari posse, extra controver-  
siam est, *d. c. 2. de locato & ibi Butr. Imola. Ananias, Abbas, & Gloss. Abbas, Ananias, & ceteri in c. querelam. Ne Prælat. vicei. In Roman. cons. 266. Decius in c. 2. num. 14. & Ripa num. 117. de judic. Covarruv. d. loc. vers. sed & Laici dummodò hæc locatio sit contracta in tempus modicum, hoc est, non porrigatur ad annos decem. Clem. 1. de reb. Eccles. non alien. & ibi Gloss. & Abbas, Imola, in c. d. c. 2.*

86 Quod autem modicum tempus ita sit accipiendum, con-  
stat facile ex *d. c. querelam.* quo loco valet concessio Ecclesiæ, id est, ob-  
ventionum Ecclesiæ pro censu annuo per septennium. Nisi quod hodie  
ex constitutione Pauli II. *in c. un. de reb. Eccles. non alien. Ext. con.*  
Ecclesiasticarum rerum locatio & conductio sit coarctata ad triennium:  
scilicet ubi dicta constitutio recepta. *Laicè Covarruv. var. resolut. lib. 2. cap. 6. Navarr. in can. non liceat. 12. qu. 2. num. 20. Canis. h. t. cap. 13. num. 12.*

87 Non potest Laicus transferre decimas in alium Laicum, etiam  
eas possideat cum titulo: *d. c. prohibemus. 19. hic. nec præscribent. cano-*  
*sa. c. dudum. 31. eod. Covarr. d. lib. 1. var. resolut. cap. 9. num. 7. Bar-*  
*rez. lib. 1. Quest. Civil. qu. 15. Vallens. in parat. h. t. §. 5. num. 4. in fin.*

88 Quibus præmissis, jam patet decimam priori modo consideratam  
competere Clericis.

89 Ex prima enim Ecclesiæ ordinatione debebantur Clericorum  
cætui in genere, qui Populo administrabat spiritualia, vel in hac ad-  
ministracione ei adfitebat, vel pro populo fundebat preces: Hos enim  
omnes voluit Ecclesia ex decimis ali: distributione relicta Præ-  
latis, quorum auctoritate dabatur singulis, quantum opus erat, tum  
ex decimis, tum aliis fidelium oblationibus. *can. Episcopus. can. præ-*  
*cipimus. 12. qu. 4. can. in novo. dist. 21. Vallens. d. loco. §. 6. num. 1. Bar-*  
*bos. d. lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 26. §. 2. num. 4.*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



At verò postquam in Ecclesia facta est beneficiorum divisio, singulis Clericis debetur capotio, quæ titulo cujusque beneficii est attributa & annexa.

Alioquin, sepositâ omni Ecclesiæ assignatione, præcepto & taxatione, ex lege Justitiæ iis solis debentur decimæ, qui animarum curam gerunt, quia jus percipiendi decimas consequitur illud debitum, quo seminantibus spiritualia debentur temporalia. Et ideo etiam his ante omnes, vel ex decimis, vel oblationibus, vel fidelium contributionibus, vel aliis bonis Ecclesiasticis, est providendum.

Hinc postquam Papa Dionysius, distinctis parochiis Ecclesias<sup>90</sup> singulas & proventus earum singulis tribuit Presbyteris: *can. Ecclesias. 13. qu. 1. c. Pastoralis. 9. De his quæ sunt à Prælat. & c.* quilibet Parochus habet de jure communi intentionem fundatam ad has decimas; ut non teneatur probare eas ad se spectare, postquam jure Parochis sunt attributæ: *c. à nobis 24. c. cum contingat. 29. cum seq. hic. Rebuff. tract. de congrua portione. num. 19. cum seqq. & tract. de decimis. qu. 6. num. 2. Marefcot. variar. resolut. lib. 1. cap. 12. num. 14. Rota decis. 135. in fin. & decis. 193. num. 5. in fine. part. 2. recent. etiam contra Episcopum. c. fin. de Parochiis.*

Habet quidem Episcopus etiamnum de Jure Communi intentio<sup>91</sup> nem fundatam super decimas, *sec. c. dudum. hic.* si in ipsius diocesi parochiæ non sunt distinctæ: *d. c. fin. ubi Gloss. Rebuff. d. tract. qu. 7. num. 9. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 36. num. 9. Moneta. d. cap. 7. num. 10. Burat. decis. 164. num. 2. Rota. decis. 309. num. 5. part. 2. divers.* si sic, super eas, non alias, quam quæ vel debentur ipsius Parochiæ: qualis est Ecclesia Cathedralis, cujus, non aliarum Parochiarum respectu, dicitur propriè & immediatè Parochus: *Abbas in d. c. cum contingat. 29. num. 7. Rebuff. d. cap. 7. num. 7. Monet. cap. 7. num. 7. Coccin. decis. 38. num. 1.* vel quæ debentur à prædiis quæ non sunt intra certam parochiam; quia manserunt in parochia Episcopi: *c. quoniam. in fine. & ibi Abb. num. 2. & 4. Gloss. verbo Jure communi. in d. c. cum contingat. Rebuff. d. qu. 7. num. 8. Monet. d. cap. 7. num. 9. Azor. Inst. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 15. qu. 9. vers. deinde. si talis sit consuetudo. Monet. d. loc. num. 12. Rebuff. qu. 7. d. 13.*

Habet



- 92 Habet etiam intentionem fundatam super decimas, Capella no-  
viter & legitime in Parochiam, etiam inter limites alterius Parochie,  
erecta. *Abbas num. 8. & Dd. commun. in d. c. cum contingat.* Nec re-  
fragantur *can. Ecclesia & can. quicumque. 16. qu. 1.* Quia non proce-  
dunt, ubi suadente justa causa servatisque requisitis fit nova erectio  
*juxt. term. text. in c. ad audientiam. il. 1. de Eccles. edific. Concil. Trident.  
sess. 21. de reform. cap. 4. prout int. Gloss. in d. can. Ecclesia. fac. c. juxta  
unire. de excess. Pralat.*
- 93 Est etiam Ecclesie Matrix de jure communi fundatas quoad de-  
cimas praeiales sua parochiae. *Gloss. verb. de Jure communi in d. c. cum  
contingat. Rebuff. d. tract. qu. 6. num. 12. Suar. d. tract. de religio. tom.  
1. lib. 1. de decima cap. 28.*
- Quod si consensit assignationi limitum & fundationi Parochie,  
tunc censetur decimandi jus remisisse, una cum aliis juribus parochia-  
libus quoad illam limitum novae Ecclesie assignatorum portioem  
*Rebuff. de quest. 6. num. 20. Monet. d. cap. 7. num. 30. Rota decis. 313  
num. 6. part. 2. in posthum. alias p. 4. recent.*
- 94 Praediales decimae debentur Parocho loci, ubi res sitae sunt: *c. d.  
de restit. spoliat. in 6. c. cum contingat 29. cum seq. c. quoniam. 13. l.  
cum homines c. cum in tua 30. hic. Rebuff. qu. 6. Rota apud Lambert.  
in sine. tom. 3. de Jure. Abbat. decis. 98. num. 14. licet non admittatur  
Sacramenta Domino praedii alicujus, si forte is moretur extra Parochia-  
am; Teneatur enim orare Parochus etiam pro illis, qui praedia in sua  
parochia habent; ideoque de fructibus provenientibus ex his praedia-  
di praedii debentur eidem decimae. *Turrecrem. in can. 1. §. ad lect. 16.  
qu. 1. Vallens. in par. h. t. §. 6. num. 5. Barbof. d. loco num. 31.**
- 95 Personales, si alicubi sint in usu, debentur Parocho Ecclesie  
in qua debitor Sacramenta Ecclesiastica per totum annum, *can. qui  
sti. 16. qu. 1. Rebuff. d. qu. 6. num. 2. vel majorem ejus partem, percipi  
licet alicubi lucrum obtigerit. c. ad apostolica. 20. vers. noveris. ibique d.  
num. 2. d. l. fin. de parochiis. Rebuff. d. tract. qu. 5. num. 2. & qu. 6. num.  
24. & qu. 13. num. 63. Gutierr. pract. contr. lib. 1. qu. 17. num. 8. Suar.  
d. tract. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 21. & 22. Monet. d. cap. 7. num. 21.  
Fagundez. d. precepto 5. lib. 1. cap. 5. a num. 1. Rota apud Lambert. in  
p. 1.*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



fac. tom. 3. de Fure Abbat. decis. 97. num. 3. Basl. Pont. de Sacram. ma-  
trim. lib. 5. cap. 13. §. 3. num. 19.

Si debitor æqualiter in duabus, Ecclesiis divina audiat dividen- 96  
tur hæ decimæ æqualiter, aut alias pro rata temporis. *Rebuff. d. qu. 6.*  
*num. 2. Monet a. d. cap. 7. num. 19.*

Neque si quis in Monasteriis audiverit divina, aut etiam percepe- 97  
rit Sacramenta, ut hodiè sit, idè illis debentur decimæ personales, sed  
Ecclesiæ Parochiali; in qua habet domicilium, cum in ea Ecclesia &  
divina audiri & Sacramenta percipi debeant; *c. 2. de parochiis. c. cum*  
*quis. §. 1. de sepultur. in 6. pariaque sint, vel recipere posse, & per quem*  
*stare, quominus recipiat. l. quod te. 5. ff. de rebus credit. ut proindè*  
*cum per Curatum non stet, quominus recipiat vel audiat, non sit ei*  
*imputandum. l. in iure. 16 l. ff. de div. reg. jur. Monet a. d. loco, num. 20.*

Quod si quis plura habeat domicilia in diversis parochiis: tunc illi 98  
solvet decimas, in qua domicilium habet principale: sin utrumque æque  
principale, dividentur: *Rebuff. d. tr. qu. 6. num. 5. Suar. d. lib. cap. 21.*  
*num. 2. Fagund. d. cap. 3. num. 5.* Sin dubitetur de qua parochia do-  
mici- lium sit tunc inspicienda est janua seu porta illius principalis *Moneta.*  
*d. d. loc. num. 20.*

Quod si quis mutaverit domicilium, decimæ non debebuntur am- 99  
plius Curato priori, sed secundo, si in ejus parochia audiantur divina  
& recipiantur Sacramenta: Sin autem sit dubium de voluntate consti-  
tuendi domicilium, ibi ubi diutius moratur. *Vallens. d. loco. & §. num. 9.*

Orta controversiâ inter Ecclesiam Baptismalem & Parochia- 100  
lem; quando ab ea diversa; distinguendum: Prius tamen videndum  
quæ dicatur Ecclesia *Baptismalis*; quæ *Parochialis*.

Est autem illa, in qua fons est baptismalis, & Parochiani bap-  
tizantur: *Gloss. & Abbas in d. c. cum contingat. 29. hic. nec potest esse*  
*nisi una, cum suis Capellis, in una Parochia: can. plures 16. qu. 1.*  
Et licet hæc generaliter sit quoque curata, non tamen necessariò; nec  
semper: & tunc per *Parochialem* intelligitur illa, quæ est intra fines  
baptismales posita; sic tamen, ut in ea administrentur Sacramen-  
ta: & ab aliquibus Capella, vel Oratorium, vel Saccus appellatur.

[Ecc]

Hoc



101 Hoc prenotato, dicendum. Quod, licet consuetudine, conventionem & privilegio seclusis, regulariter & in dubio decimæ debeantur baptismali: *can. in diocesi. 13. qu. 3. can. de decimis. can. statutus. 16. qu. 1. Moneta d. loco. num. 27.* distinguendum tamen videtur sic. Aut prædia, de quorum fructibus decimandis agitur, sita sunt infra Ecclesiæ baptismalis limites, & debentur illi decimæ: Aut sunt sita infra limites Ecclesiæ Parochialis, quæ non est sub limitibus Baptismalis; & etiam ad istam spectant decimæ: *Moneta d. loc. num. 28.* Aut Parochialis est sub Baptismali, prædia verò sita sunt infra limites Parochialis; & distinguendum iterum. Vel enim Baptismalis erecta fuit in Baptismalem post Parochialem; ita ut sub se comprehendat Parochialem, tamquam Capellam: & tum Ecclesiæ Parochialis habebat suas decimas antiquas; quia non censetur erecta cum præjudicio & incommodo ante erectarum: *contra can. Ecclesia. & can. quicunque. 16. qu. 1.* Et hæc quidem quoad decimas reales: Nam personales evidendæ sunt inter Ecclesiam Baptismalem propter Baptismalem, & Parochialem, propter alia divina: vel Ecclesiæ Parochialis est infra limites Baptismalis, constatque hanc prius fuisse erectam; Et tunc etiam constat decimas assignatas fuisse Parochiali in eius constructione, eidem sunt debitæ: *Moneta d. loco.* Quod si dubitetur, utra prius erecta, tunc Baptismalis de jure communi habebit intentionem fundatam. Si verò Baptismalis consenserit (quod debet facere gratis) assignationi limitum & fundationi parochiæ, tum censetur remanere decimandi; & alia jura parochialia; quoad illam portionem limitum, qui assignati novæ Ecclesiæ: *Moneta d. loco. num. 30. & 31. post alios & ex eo Vallensis. d. loco. num. 13. Rebuff. d. qu. 6. num. 20.*

102 Quod diximus, Parochum loci contra quem vis possessionem suam decimandi, etiam Episcopum, habere suam intentionem fundatam, ita procedit, quod non teneatur probare, quo titulo jus decimandi ad se pertineat, cum id habeat ex præscripto Canonum. *Rebuff. d. qu. 7. num. 4. & 5. per c. à nobis. 24. & ibi Burr. num. 4. hic. Caus. d. loc. cap. 8. num. 2.*

Adeo ut, si auctoritate propria loci Parochus possessionem juris decimandi interverterit alteri, sive, ut vulgò loquamur, spoliatus

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



verit, decimas ipse percipiendo; non teneatur ad restitutionem, nisi spoliatus probaverit possessionis *titulum legitimum. c. 2. de restit. spoliat.* Modo Parochus lite vel appellatione pendente hanc spoliacionem non intulerit. *Abbas ad d. c. 2. post. Innocent. Hostiens. Joan. Andr. vide Canis. d. loc. cap. 16. per tot.*

*Legitimus titulus* hic est in alieno Clerico, hoc est, qui non est Parochus loci (De Laicis possessoribus decimarum diximus supra.) vel *consuetudo*, vel *prescriptio*, vel *privilegium*, vel *compromissum*, vel *transactio*. De singulis videndum distinctim.

Dixi; *Consuetudo* vel *Prescriptio*; Differunt enim. *Consuetudo* inducitur tacito hominum consensu; & sic in communi jus constituit: *l. de quibus. 32. ff. de legib. §. ex non scripto. Inst. de jure Natur. Gent. & Civ. ut, si subditi alicujus Parochiæ præsentent alteri Clerico decimas, Parocho ad id dissimulante vel tenente. Prescriptio* verò, quando alicui Personæ, vel etiam pluribus conjunctim per possessionem, vel quasi, legitimi temporis jus aliquod acquiritur. *tit. Decret. de prescript. & Cod. de prescript. longi temp. cum aliquot seqq.* Quamvis & interdum *Prescriptio* accipiat pro *Consuetudine. ut in c. fin. de prescript. cum simil. latus Balbus tract. de prescript. 1. parte. princ. qu. 10. Rebuff. d. qu. 13. num. 45. Covarruv. in c. possessor. part. 2. §. 3. num. 2. de reg. jur. in 6.*

Quod jus decimandi, parochiali Ecclesiæ ex prescripto Sacrorum Canonum competens, consuetudine acquiratur alteri Ecclesiæ probant. *c. cum sint homines. 18. & c. ad Apostolica. 20. hic.* Consuetudo enim juri communi derogat. *c. ult. de consuet. & consequenter jus alteri Ecclesiæ competens, transfundit in Ecclesiam aliam. c. cum dilectus. 8. eod.* Nec enim est ex necessitate juris, ut præcisè Parocho solvantur prædiales decimæ; cum sufficiat eas solvi Deo, in signum universalis dominii, in usum scilicet Clericorum quorumcunque, qui consuetudine aut alio justo titulo nituntur. *c. tu nobis. 20. hic.*

Dum tamen hæc consuetudo, perindè ut & aliæ locorum consuetudines, sit rationabilis, & legitime prescripta: *d. c. ult. qua & alia pleraque jure Canonico sancita sæpe & regulariter tolluntur. d. c. ult.*

Quæ rationabilis sit, pendet ex æstimatione judicis. *sec. Panorm. 107*

[Ecc] 2

post



post Hostiens. & Joan. Andr. ad d. c. ult. Gail. lib. 2. observ. 31. num. 12.  
Qua enim à jure non sunt definita, arbitrio Judicis censentur relicta. l. 1. in fin. ff. de jure delib. l. 1. §. expilatores. ff. de effractor. c. in. de transf. act. c. de causis. 4. in fin. de offic. & pot. judic. deleg.

Quare & idem dicendum est in consuetudine, quando dici potest sint præscripta; vid. l. 1. Cod. qua sit longa consuet. id est hic 10. statuti entii Populi consensu introducta.

Valet ergò Consuetudo, ut decimæ unius Ecclesiæ pendantur Ecclesiæ alteri. d. c. ad Apostolica 20. hic. & ibi Panorm. Covarr. d. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8. vers. tertio deditur.

108 Idem dicendum de præscriptione: c. ad aures. 6. de præscriptio-  
dò sit quadragenalis, bonæ fidei & cum titulo; aut si hic delit, immo-  
mortalis, hoc est, ejus temporis, cujus possessionis initium memoria,  
non existit. c. 1. eod. in 6. & ibi Gloss. Gemm. Francus, Joan. Andr. Pa-  
norm. in c. de quarta. eod. Dynus. in d. c. possessor. num. 27. de reg. jur. in 6.  
Covarr. d. lib. & cap. num. 7. Bull. d. tract. in 2. part. 3. princ. qu. 6. num.  
10. Consuet. d. loc. cap. 9. Privilegio Summi Pontificis jus decimarum  
acquiri est indubitatum: cum apud omnes sit in confesso, Ecclesiæ  
omnes, omniaque bona & jura Ecclesiastica in potestate ejus continen-  
re; c. 2. in princ. de prebend. in 6. c. antiqua 23. de privileg. can. 1. & 2.  
dist. 22. & idcirco jus decimandi uni Ecclesiæ competens, quilibet au-  
toritate in Ecclesiam vel personam aliam posse transferri. c. accedentibus.  
15. hic. c. 2. eod. in 6. Quod & docemur exemplo decimarum imita-  
dum ante Lateranense Concilium concessarum. de quibus supra.

109 Permittitur etiam c. cum Apostolica. 7. de his qua sunt à Prælato  
ro, decimas jure feudi ante Concilium Lateranense possident; et  
donare Ecclesiæ cui volueris, præsertim conventui religioso, sed Episcopi  
scopi consensu interveniente. Ut &, eodem consensu interveniente,  
nullo legitimo titulo possideat, conferre eas in usum Monachorum &  
servorum Dei: can. ult. vers. quamobrem. 16. qu. 1. ubique eo consen-  
su propriæ Ecclesiæ. Ananias in c. prohibemus. 10. in fin. hic.

110 Quoad compromissum, cum jure permissum sit de causa decime-  
li compromittere in arbitros, d. c. cum Apostolica. & ibi Butr. Anan.  
Imola. Abbas. unum vel plures. c. 1. de arbitris. sed Clericos, non  
Laiicos.

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



Laicos. c. 2. c. contingit. 8. de judic. nisi ex auctoritate Judicis Ecclesiastici, simul cum Clerico: c. per suas. 9. de arbitris. Sequitur & ex illorum sententia decimas uni litigantium adjudicari posse, & alteri adimi, sive in totum, sive pro parte: alioqui frustra de eis compromitteretur. *Canis. d. loco. cap. 10. num. 3.*

*Transfatione* etiam decimæ acquiri possunt: c. 2. c. veniens. 8. **III**  
de transfact. c. ex multiplici. 3. c. suggestum. 9. hic. ut si de decimis multorum prædiorum sit contentio, & utrimque certa prædia ex consensu mutuo assignentur: Vel, si unius prædii, decimæ sint controversæ, fiat pro parte prædii, vel manipulorum numero, aliæve forma, inter partes, prout convenerit, distributio. Accedente tamen, ut transfactio sit perpetua, Episcopi aut Pontificis auctoritate. d. c. veniens. 8. & d. c. 2. Nec re temporali extrinsecus interveniente. Effet enim tum *Transfatio* prohibita. c. constitutus. 4. c. super eo. 6. c. preterea 10. de transfact.

Possumt etiam Episcopi auctoritate interveniente unius Ecclesiæ **II 2**  
decimæ permutari: cum decimis alterius Ecclesiæ. c. fin. de rerum permut. arg. à contr. sensu & ibi Henric. Boich.

Hæc ita de Decimis, quæ hæctenus præstite illi loco, cui ex prima **II 3**  
institutione debentur; sive etiam alteri postea acquisitæ: Videndum nunc de decimis novalium, quæ debentur ex fructibus agri, jam primum ad culturam redacti.

*Novale* aliter sumitur in *Jure Civili*, aliter in *Jure Canonico*.

*Jure Civili*: est terra præcisæ, vel, ut alii legunt, proscissæ, quæ **II 4**  
anno cessavit: l. sylvæ. 30. §. novalis. ff. de verb. signifi. at. vel quæ excisâ sylvâ, in formam agri redacta est. l. 3. in fin. ff. de term. moto.

De *Jure Canonico*: ager nunc primum præcisus: c. 1. de verbor. **II 5**  
signif. Vel ager de novo ad culturam redactus, de quo non extat memoria quod unquam cultus fuerit. c. quid per novale. 21. eod.

Quod si ante cultus fuerit, licet non protulerit fructus decimabiles, ad novale non spectat; quia fructus tales non patiuntur fundum jure novalium censerî. Ut si postea ferat fructus decimabiles, decimæ sint præstandæ illi, cui de jure communi vel speciali debentur; cum fructuum mutatio non mutet jus alterius. *Abbas in c. cum in tua. 30. num. 5. & 6. hic.*



- 116 Debentur verò Decimæ novalium, Ecclesiæ Parochiali, in cuius finibus exsurgunt, & quidem pro modo limitum, sicut alia decimæ. *c. non est. 22. c. cum contingat. 24. hic.*
- 117 Ac proinde si novalis ager non sit unius Parochiæ, sed inter duas Parochias situs; novalis decimæ debentur utrique parochiæ, pro ratione limitum: ut si, verbi gratia, limites unius parochiæ protendantur se ad tres partes novalis, huic tres partes decimarum cedunt, reliquæ verò pars quarta alteri parochiæ. *Rebuff. d. tract. qu. 14. num. 4. §. insula. 22. Inst. de rer. divis. Canis. d. loco. cap. 11. §. 4.*
- 118 Si verò nulli appareant limites, tunc inter eas fiet divisio: *Belleper. c. pervenit 5. hic.* vel Episcopus, aut sibi, (cum totius suæ dioceseos sit Parochus; *c. pen. circa princ. de donatton.*) aut alteri Ecclesiæ cui volet, eas decimas assignabit. *c. quoniam. 13. hic. Canis. d. loc. num. 12. Vallens. in par. h. r. §. 9. num. 3. Rebuff. d. qu. 14. num. 4. Barbof. d. loc. num. 20.*
- 119 Nec privilegium, alicui etiam Clerico vel Monasterio de decimis in aliena parochia percipiendis, concessum, comprehendit novalium. *d. c. cum contingat 29. nisi & has ad se pertinere doceat. Rebuff. d. qu. 14. num. 13.* Si quidem hæc concessio, cum odiosa sit & Ecclesiasticis iuribus præjudicans, restringi potius, quàm dilatarî debet. *c. na. 25. §. fin. hic. c. ne aliqui. de privileg. in 6. juncto c. odia. de reg. jur. in 6. c. olim de verb. si quis. fac. Cleric. fin. de rescript. Vallens. d. loco. num. 3. Covarr. d. cap. 17. num. 13. Rebuff. d. qu. 16. num. 24. Zas. Comm. in Decret. ad h. tit. num. 56.*
- 120 Similiter, si quis, sive Clericus, sive Laicus, sive Monasterium, ius decimandi præscripserit in aliquo loco, & fiant ibi novalia, eorum decimam, non ipse, sed habebit Parochus. *d. c. cum contingat. & ibi Gloss. ac Dd. & in c. ult. §. ult. hic. in 6. Covarr. d. loco. num. 13. Rebuff. d. qu. 14. num. 18. & 25. Moneta. d. cap. 4. num. 79. & cap. 5. num. 110. Barbof. d. loco. num. 58.* Quia præscriptio in uno prædio, non extenditur ad aliud. *c. cum in tua. 30. hic.* Nisi novalium decimas possederit, sine titulo, tempore immemoriali; cum titulo per annos quadraginta; vel nisi præscripserit decimam in una parte prædii, & alia pars fiat novalis.

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



valis. *d. c. cum in tua.* 30. modò scilicet appareat unum esse prædium.  
*Vallens. d. loco. num. 5.*

Nec etiam Consuetudo, decimas unius loci alteri attribuens, **121**  
comprehendit decimas novalis: sed pertinent ad propriam paro-  
chiam. *d. c. cum contingat.* 29. nisi ostendatur causa, quare & ad eas sit  
extendenda. *Rebuff. d. qu. 14. num. 29. Suar. d. lib. 1. cap. 22. num. 9.*  
*Zaf. d. loco. num. 55.*

Nec, si decimæ communes sint Laico cum Parocho loci, com- **122**  
munio illa facit, quominus novalium decimæ competant soli Pastori.  
Neque enim ista communio mutat rei, aut acquisitionis naturam, quæ  
tantum restricta ad ea, quæ pro tempore exstabant. *fac. l. 1. C. d. si in una.*  
*eademq. causa. Zaf. d. loco. num. 58.*

Præstari debent Decimæ integrè, id est, sine seminis diminutione, **123**  
aut expensarum quæ in servos aut mercenarios, pro colendis agris &  
colligendis fructibus factæ sunt, destructione. *c. commissum est.* 4. *c. per-*  
*venit. & c. cum homines 7. c. dilecti filii 8. c. non est.* 22. *c. tua nobis.* 26. *c. in*  
*aliquibus.* 32. *hic. can. 4. quicunq.* 16. *qu. 7.*

Idque si Prædiales decimæ sint, statim fructibus collectis, id est, **124**  
à solo separatis. *d. c. cum homines 7. Zechus de privileg. Eccles. prov. 120.*  
*num. 11. Rebuff. d. tract. qu. 12. num. 1. & 3. Campan. in divers. Juris*  
*Canon. dub. 12. cap. 13. num. 160. Castro Palao tom. 2. tract. 10. disp.*  
*unica. punct. 8. num. 4. licet granum sit cum palea: Azor. Inst. Moral.*  
*part. 1. lib. 7. cap. 24. qu. 16. Ita enim fructus dicuntur collecti. l. si ser-*  
*vus. 27. §. si olivam. ff. ad leg. Aquil. l. si ejus. 77. ff. de rei vindic.*

Unde si mora debitoris decimæ perierint, aut damnum passa **125**  
sint, debitorum est periculum: *d. l. cum res. 49. §. f. in ff. de legat. 1.* nisi  
monitus Clericus cui debentur, decimas recipere nolit: tunc enim  
Clerici culpa sibi ipsi nocet. *l. qui decem. 72. ff. de solution. præterquam*  
si idem Clericus postea decimas repetat, aut acceptare velit. Nam hac  
specie periculum rursus redit ad ipsum debitorem; cum tunc poste-  
rioris, non prioris moræ habeatur ratio. *l. istud. 17. ff. de peric. & com-*  
*rei vend. l. debitor. 7. ff. de usur. Gloss. in d. c. cum homines.*

Volunt communiter Doctores propter *can. 65. revertimini. 16. 126*  
*qu. 1. & ibi Gloss.* teneri decimarum debitores eas in Clericorum sive  
Ec-



Ecclesiarum horrea convehere: *Quitier. Canon. controu. lib. 2. cap. 21. num. 23.* Contradicunt Guido Papa. *decif. 283.* Adrian. *Quodlibet. 4. art. 1. §. 2.* Sed melius est hac in re loci adire consuetudinem; cui standum. *arg. c. cum sint homines. 18. & c. cum in aliquibus 32. §. fin. de Suarez de relig. tom. 1. lib. 1. de decimis. cap. 37. num. 7. Fagundes. in prac. decal. prac. 5. lib. 1. cap. 4. num. 12. Castro Palmo. d. loco. num. 5. Canif. d. loco. cap. 7. num. 3.*

127 Personales decimæ præstandæ in finem anni: ut vult *Glossa in d. can. revertimini. & ibid. Joan. Andr. Panorm. in c. peruenit. 5. hic.* ne la ex singulis operis solverentur decimæ statim, incommodum foret ipsi debitori vel Ecclesiæ: eò quod dici solet: Particularis solutio aliter sæpè multa incommoda. *l. plane. 3. ff. famil. ercisc.* De quo tamen non multum laborandum: Cum hæ decimæ, ut jam dictum, videtur passim in defuetudinem abiisse. *Canif. d. cap. num. 4. Sa verbi. decima num. 1. Suar. d. lib. 1. cap. 21. Barbosa. d. loc. num. 27. Zypan in d. d. Jur. Pontif. Novi hoc fit. vers. decime verò.*

128 Contra decimarum debitores nullo iudicio est opus, ubi res est confessio; hoc est, debitor decimas se debere non negat, nec tergiversandi causam habet. Proceditur enim contra talem ab executione præcepto Iudicis Ecclesiastici, per censuram ecclesiasticam; *c. percont. 5. cum seq. c. ex parte. 21. cum seq. hic. Clem. 2. de iudic. appellatione etiam remota. c. 3. c. tua. nobis. 26. in fin. hic. Rebuff. d. tract. qu. ult. num. 21. Socin. reg. 40. vers. fallit. 22. Nicol. de concordia Glossar. concord. 6. fol. lent. 57. num. 39. Petr. Gregor. de appellat. lib. 2. cap. 9. num. 2. Moura. d. tr. cap. 8. à num. 58.* Eò quod juris constituti regula sit; Omnia ad decimarum functionem obligari. *ut supra probatum.*

Sed quia fortè e contra Reus præscriptionis, consuetudinis, aut aliam exceptionem objicit, atque id eò necessario decurritur ad iudicium: dispiciendum nunc breuiter, quid tum factò opus sit, in constituendo & persequendo hoc iudicio.

129 Ut igitur in qualibet re, de qua controvertitur, solet duplex iudicium: unum ratione possessionis, alterum ratione proprietatis. *l. ordinarii. 13. Cod. de rei vindic. c. ult. de iudic. c. 1. & passim. de casu possess. & propriet.* unde illud possessorium iudicium dicitur, hoc per-

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



torium: ita & in decimis prædialibus usu venit; ut moveatur quaestio vel ratione possessionis, vel ratione proprietatis; id est, juris, quo quis contendit decimas ad se pertinere.

*Possessorium judicium* intentatur tribus ex causis; aut ut adipiscamur possessionem, aut adeptam retineamus, aut amissam recuperaremus. §. sequens. 2. *Inst. de Interdict. l. 2. §. hac autem Interdicta. ff. eod. arg. l. quoties. 20. ff. de servitut. l. fin. ff. uti possid.* Hinc judicia adipiscenda, retinenda, & recuperanda possessionis.

*Possessionem* hic intelligimus non veram, quæ est rei corporalis; sed quasi, quæ est rerum incorporalium. Quamvis enim harum nulla propriè sit possessio, tamen usurpatum est, ut & earum simpliciter possessio dicatur *c. olim. 17. de restit. spoliat. l. 1. in fin. verb. possidet. Cod. de servit. & aqua. c. ad aures. 6. de præscript.*

*Possessorium adipiscenda* judicium quoad decimas intenditur, tum, quando quis decimarum possessionem, quam antè non habuit, sibi acquirere contendit. *Canis. d. loco 18. num. 1. cum seqq.*

Quod in Parocho loci est facillè. Addicitur enim ei statim decimarum possessio, non audito etiam jure alterius: utpote quod jure communi ad eum, non ad alium pertineant decimæ; id est, decimandi jus. *c. 2. de restit. spoliat. in 6.*

Complectitur in libello suo, ad eam consequendam, tantum quod ejus loci, in quo colliguntur fructus, sit Parochus, & idcirco petat sibi adjudicari decimarum possessionem. *Rebuff. d. tract. qu. 9. in princ.*

Quod non est in aliis Clericis, sive Laicis, qui decimarum possessionem non ante acquirunt, quam legitimum titulum probaverint; veluti in Clerico, quod decimandi jus habeat, ex privilegio, præscriptione, vel simili titulo. Item in Laico, quod decimandi jus vel affectus sit, ex privilegio Summi Pontificis: vel majores sui ante Concilium Lateranense decimas receperint in feudum; & sic in se devolutæ sint. *Canis. d. loc. num. 5.*

In *possessorio retinenda* narrat Parochus loci vel alius Clericus, esse in possessione percipiendi decimas, ac proinde se rogare, ut contra turbantem possessionem suam, vel decimasolvere recusantem,

[ F ff ]

judex



judex se tueatur & manuteneat. *Rebuff. d. qu. 9. num. 3. & 4. Menck. de retinend. possess. remedio 3. num. 134.*

135 In possessorio verò recuperanda possessionis concludit is qui spoliatus est, ut in possessionem pristinam, quam habuit, restitatur. *d. c. 1. de restit. spoliat. in 6.* Eo semper observato, quod loci Parochus, sive contra Clericum, sive contra Laicum ratione possessionis agat, sicut sine mora sit admittendus rejecto jure alterius in onus probationis.

136 In petitorio judicio; Parochus si agat contra prædiorum possessorem; petet, sententia judicis declarari & adjudicari sibi decimas sui loci; adversariumque condemnari ad solvendas præteritas, & eorum solutionem continuandam in posterum: Sin contra eum, qui tantum est in possessione juris decimandi; petet declarari sibi competere decimandi jus, & alteri imponi silentium.

137 Sed qua ratione? Conditione ex canone, quo jus decimandi est inductum. *ut tot. tit. hoc.* Cum enim à Jure Canonico nulla actio pro decimis sit prodita, recurrendum est ad conditionem ex canone, instar conditionis ex Lege. *l. un. ff. de condit. ex lege.* Quamvis necesse non sit, hanc conditionem ex canone, hoc jure exprimi, sed sufficiat in judicio factum perspicue proponi. *c. dilectus 6. de judic.*

138 Alius Clericus jus decimandi prætendens aliquo legitimo titulo debet prius suum jus in judicium deducere, & deinde petere illud ad se spectare declarari, suumque adversarium, sive is loci Parochus sive Clericus alius, condemnari, ut à perceptione decimarum desistat.

139 Potest & utrumque judicium, in eodem libello sive narratione, cumulari & proponi, prout actori fuerit visum. *c. 2. & 3. passim de caus. process. & propriet.*

140 Judicium autem de decimis est summarium, hoc est, in eo de plano & sine figura judicii proceditur. *Clem. 2. de judic. Moneta de ep. 4. num. 41. Piasec. in praxi Episc. part. 2. cap. 4. num. 59. in princ. absque omni juris solemnitate; Card. ad d. Clem. 2. num. 28. & Imol. non nisi excepto eo, quod sententia definitiva feratur in scriptis: Clem. super de verb. signif. si quidem vel inter Clericos agatur, quibus de jure debentur decimæ, & eos qui solvere debent: d. Clem. Moneta. & Piasec. de locis. Vel inter duas Ecclesias super jure percipiendi decimas: Mo-*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



*vanta de ordine judicior. part. 4. dist. 4. num. 179. Zerola in praxi Episcopi, part. 1. verb. decima. vers. ad sextum. Moneta d. cap. 8. num. 43. Sin verò agatur inter Laicos, tunc iudicium non est summarium, nec habet locum. d. Clem. 2. Moneta d. cap. 8. num. 43.*

Decimarum controversia in petitorio, ubi quæstio juris est etiam incidens; spectat ad Judicem Ecclesiasticum; ut & reliquæ causæ Ecclesiasticæ, præsertim spirituales. *c. 2. de judic. At decimandi jus est spirituale. c. fin. de rer. permut. c. tua. 25. in princ. hic. Ad iudicem verò secularem solum, ubi quæstio est meri facti; an nimirum talis perciperit, vel solverit, seu etiam an percipiat, seu solvat decimas, ad effectum quoque, ut is, de quo non dubitatur, an iure solvere debeat decimas, cui solvere Ecclesiæ ejusve Rectori cogatur, vel quia agitur contra derentorem fructuum decimandorum. Covarruv. Quæst. pract. cap. 35. num. 2. Rebuff. qu. 10. à num. 35. & de except. num. 213. cum seqq. Zerola d. part. 1. verbo decima. num. 6. Piasec. d. part. 2. cap. 4. num. 59. in princ. Gratian. discept. forens. cap. 238. num. 16. Græve. ad practic. Camera Imper. lib. 1. concl. 38. aliq. alleg. per Barbof. d. lib. & cap. §. 4. num. 1.*

De decimis ramen secularibus in feudum datis, & controversis, cognoscit etiam Judex Ecclesiasticus. *Federic. de Senis cons. 245. num. 1. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 39. qu. 3. Moneta d. cap. 8. qu. 1. num. 15. Fagundez. d. præc. 5. lib. 3. cap. 5. num. 5. Barbofa d. loco.*

Possessorium de decimis iudicium exercendum, non minus coram Judice seculari, quam Ecclesiastico: cum hæc res sit utriusque fori; siquidem agatur contra Laicum: *arg. c. 2. de jurejur. in 6. c. fin. de foro compet. in 6. Sin contra Clericum, coram iudice Ecclesiastico. c. si diligenti. 12. cod. Auth. statuimus. Cod. de Episc. & Cleric. Canis. d. loco. num. 16.*

De decimis ex privilegio Summi Pontificis Laico concessis cognoscit Judex Laicus; *Rebuff. d. tract. qu. 10. num. 39. Covarr. pract. quæst. cap. 3. num. 2. vers. 3. Quia censentur in dubio naturam spiritualitatis, auctoritate Pontificis exuisse.*

Idem & in conductore decimarum, ut hic quoque ratione mercedis rectè conveniatur coram Judice seculari. *Covarruv. d. cap. 35.*



num. 2. vers. Quintus. Quia hoc in casu non de jure decimandi agitur, cujus nequidem possessio in Conductorem transit: l. 2. Cod. de praescript. 30. vel 40. annor. l. quamvis. 32. §. 1. ff. de acquir. vel amit. possess. l. officium. 9. ff. de rei vind. sed tantummodo actione locati, propter commoditatem fructuum à conductore perceptorum. c. 2. de locato cond.

Idem servandum in venditis fructibus, ut & in his Judex adertur Laicus, ob eandem rationem. *Canis. d. loco. num. 17. & 18.*

145 Restat, ut de *panis* detinentium vel non solventium decimas videamus. Quemadmodum enim detinentes tributa multis afficiuntur poenis; ut in *can. si tributum. l. 1. qu. 1. tot. tit. Cod. sine censu vel redigendum comparari non posse. & tu. Cod. de annon. & tribus.* ita etiam non solventes aut detinentes decimas, quæ sunt egentium animarum tributa. *can. decime. 16. qu. 1. c. tua. 26. hic.*

Ac primò: Tanquam configentes Deum, humano more loquendo, *can. revertimini 16. qu. 2. divini judicii animadversione digni censentur. c. quamvis. 17. hic.*

Secundò: Semper in fame & penuria erunt maledicti: *can. alienemus. 16. qu. 2. can. majores. 16. qu. 7.*

Tertiò: Mortem eternam incurrunt. *d. can. decima.*

Quartò: Ad decimam revocabuntur: *d. c. decime. id est, tantum decima eis remanebit; aut dæmonibus, qui sunt decima pars Angelorum, associabuntur. Gloss. ad d. can. decima. impiisque dabunt militibus, quod nolunt dare Sacerdotibus. d. c. decime.*

Quintò: Rapinam, *Gloss. in d. can. decima, imò sacrilegium committunt. can. fin. 16. qu. 1. can. quisquis. 16. qu. 4. can. decimas. 16. qu. 7.*

Sextò: Excommunicari, præmissâ tamen monitione: *Monet. d. qu. 8. num. 69. Azor. d. part. 1. lib. 7. cap. 24. qu. 17. Suarez. d. lib. 1. cap. 37. possunt & debent: can. omnes decima. 16. qu. 1. c. pervenit. c. ad hac. c. ex parte. cl. 1. c. tua nobis: c. si aliquibus. hic. Clem. 2. de judic. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 12. Molina de Just. & Jur. tract. 2. disp. 756. num. 6. Moneta d. qu. 8. num. 64.*

Septimò: Ab hoc crimine, nisi plena restitutione, si possunt, *Navar. in man. cap. 17. num. 59. Valerian. de different. utrumque forum. verb. absolutio. differ. 5. num. 5. sequutâ, non absolvuntur; Sanchez. in*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



praecepta Decal. tom. 1. lib. 2. cap. 20. num. 19. Navar. singular. juris Canon. concl. 6.

Octavo: Ecclesiastica sepultura privantur. c. prohibemus. ubi Gloss. & Abbas & alii. hic Rebuff. d. tr. qu. ult. num. 15. Andr. Hispan. in reg. decimarum qu. est. 2. num. 8. Labor. variar. lucubrat. tom. 1. tit. 2. cap. 12. num. 48.

De panis Religiosorum gravantium vel fraudantium Ecclesias circa decimas videatur Clem. 1. de decimis.

## TITULUS VII.

### De Primitiis.

#### SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Decimis affines sunt Primitia.              | consuetudo loci attenditur.                                       |
| 2. Quae illa.                                  | 12. Vel vicinioris.   |
| 3. Solverunt eas Ethnici.                      | 13. Quibus solvenda.  |
| 4. Iudei.                                      | 14. Quando earum solutionem teneatur acceptare Parochus.          |
| 5. Ter in anno.                                | 15. Usu sublata.  |
| 6. Cur.  | 16. Mittebantur in veteri Ecclesia in gazophylacium.              |
| 7. Probatæ per Sacros Canones.                 | 17. Decimarum, Primitiarum & Oblationum non una fuit distributio. |
| 8. Fuere in veteri testamento Juris Divini.    |   |
| 9. An in Novo?                                 |   |
| 10. Quibus casibus?                            |   |
| 11. Earum quantitas nulla Lege definita. Hodie |   |

[ Fff ] 3

Deci.



**D**ecimis, de quibus præcedenti titulo fusius egimus, affines sunt *Primitia*.

Sunt hæc primæ fructuum obventiones, Domino offerendæ, *Exod. 22.* antequam usibus nostris secundæ deperantur. *c. causa Carpensis. 13. de verb. signif.*

Fuit hæc olim, & etiamnum inter bonos est religio: beneficium & rerum omnium largitorem Deum, munere aliquo primo, honorare ut Dominum, & venerari ut Deum. Nec tantum apud eos, qui veri Dei habuerunt notitiam, sed & apud Ethnicos iure naturæ divinæ solutæ, & etiamnum solvuntur, *Primitia*: seu, & rectius, *Prometia cum Verrio Flacco*: quasi primæ messis, quæ prælibationis gratiâ ante merabantur.

Prisci Romani, teste Plinio, *lib. 18. histor. natural. cap. 2.* non gustabant vina, aut novas fruges, priusquam Sacerdotes Diis libarent Primitias. Virgilius *1. Geog. Terque novas circum felix eas hostia frugum.* Gentiles alii primitias vovebant Vestæ: *Eustathius ad Odyss. 8. Cereris. Idem ad Iliad. 1.* Apollini, *Pausanias in Bæoticis. & Atticis.* Solus Epicurus nec litabat Diis, nec offerebat primitias. *Athenæus lib. 4.* Nicophyrius quoque notat libro *περὶ ἀπορρηξῆς ἐπιπορῆων, de abstinentia animalium.* frugum primitias ex omni antiquitate Deo fuisse oblatas. Cain oblitus de fructibus terræ munera Deo, & Abel de primogenitis gregum & de adipibus eorum. *Genes. 4.*

Solvebantur in veteri Testamento, non minus ex præcepto, quam Decimæ: *Exod. 22. vers. 29. Decimas & Primitias vultus dabis reddere.* Et *cap. 23. vers. 19. Primitias frugum terræ tuæ deferre in domum Domini Dei tui.* *Exod. 13. vers. 12. Separabis eorum quod aperit vulvam, Domino, & quod primitivum est in pecoribus tuis.* Et *vers. 2. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israël, tam de hominibus, quàm de jumentis; mea sunt enim omnia.* *Proverb. 3. vers. Honora Dominum de substantia tua, & de primitiis omnium frugum tuarum da Ei.* Et *Deut. cap. 26.* jubetur, ut Sacerdotibus & Levitis deferantur primitiæ, in conspectu Domini, sicut & *lib. Numeri cap. 5. vers. 9. Omnes primitiæ, quas offerunt filii Israël, ad Sacerdotem pertinent, & quicquid in Sanctuarium offertur à singulis, & ut*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



& traditur manibus Sacerdotis, ipse erit. Et Malachia cap. 3. vers. 8. conqueritur Deus de Judæis ob non solutas decimas & primitias.

Offerebantur Deo ter in anno; In Paschate de novis granis: In 5 Pentecoste de novis panibus, & in Septembri de vino, & aliis illius temporis fructibus.

Introductæ, partim in signum rei jam factæ; scilicet liberationis 6 ab Ægypto, per interfectionem primogenitorum: salvatis primogenitis Israel: *Exod. 13.* partim in signum rei faciendæ; ut scilicet operum nostrorum initium attribuamus Deo, omnium bonorum auctori: partim in signum futuri; id est, recuperandæ cælestis hereditatis amissæ, quæ est primogenitorum propria. *Astens. lib. 6. art. 8. de decimis. Leo in thesauro fori Eccles. parie 2. cap. 13. num. 5.* Offerebantur etiam in divini beneficii recognitionem, *Dent. cap. 25. 1. Paralip. cap. ult. D. Thomas. in 2. 2. qu. 86. art. 4. in respons.*

Has & Sacri Canones postea probarunt, & secuti sunt: in can. 7 moderamine. 23. can. doctos. 21. can. revertimini. 65. caus. 16. qu. 1. Gregorius VII. In Concilio Lateranensi: Oportet autem congruentius, inquit, nos decimas & primitias, quas jure Sacerdotum esse sancimus, ab omnipopulo accipere. refert. in can. 1. caus. 16. qu. 1. Quo fit, ut primitiæ numerentur in Ecclesiæ bonis. c. causa. 13. de verb. signif.

Fuerede Jure veteris Testamenti juris divini: ut probant supra 8 dicta loca: Neque adversatur alius locus, quam Exodi cap. 25. *Loquere filiis Israel, ut tollant mihi primitias, ab omni homine, qui affert ultroneus, accipietis eas.* quasi primitiæ non fuerint præcepti, sed consilii, seu arbitraria. Sed respondetur primitiarum nomine in dicto textu accipi ea, quæ populus ad tabernaculi fabricas & ornatum offerebat. *Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 27.*

Utunque id sit, certum est hoc veteris Testamenti præceptum, 9 ut & præcepta cætera, per Christi mortem esse abolitum. vide supra.

Nihilominus putant aliqui, ut *Rebuff. tract. de decimis. qu. 1. num. 21. cum seqq. Leo; d. loco. num. 6.* primitias adhuc hodie esse juris divini: seu potius juris Naturalis; quia illæ in compensationem sive recognitionem beneficiorum à Deo receptorum præstantur. At Naturale



turale Jus dicitur se gratum præbere oportere ei, à quo accipimus beneficium: *Bart. in l. hoc jure. num. 1. ff. de Just. & Jure. can. Christianus. 11. qu. 2.* Quod & existimat Soto *lib. 9. de Just. qu. 3. art. 4.* D. Thomas verò, *2. 2. qu. 86. art. 4.* ut eum allegat & sequitur Azor. *cap. 27. vers. quinto queritur.* Primitias vult esse partem juris Naturalis partim juris Canonici. *Quemadmodum. enim, ait, decima jure Naturali debetur & solvitur, quandocumque necessaria est ad commodum Parochi victum, vel ad proficiendum supremum Dei in res omnes dominatum imperium; secus verò, non naturali, sed Pontificio jure debetur; in eam Primitia, quatenus sunt ad usum sacrum & honorem, ad cultum divinum, naturali jure solvuntur; secus verò jure tantum Pontificio.* *Hæc Azorius d. cap. 27. Idem Gregorius de Valentia. Comment. Theologic. tom. 3. disput. 6. qu. 6. punct. 4. in fin. sed paulo aliter, his verbis Primitia non ex aliquo naturali aut divino præcepto, hoc quidem tempore offerri debent (cum his præceptis satisfiat sustentando quocumque modo sufficienter ministros, & offerendo qualescunque alias res. externas in honorem Dei) sed ex decreto Ecclesiæ, juxta receptam locorum consuetudinem & necessitatem ministrorum Ecclesiæ.*

**IO** Sunt ergò primitiæ, duobus casibus de præcepto; si consuetudo sit solvendi; & si Ministri Ecclesiæ, indigeant, *can. præter hoc. §. 2. dist. 32. Grassi. decis. aurear. par. 2. lib. 2. cap. 27. num. 4. Leo d. de sac. num. 8. Suar. de relig. tom. 2. lib. 1. cap. 8. num. 16. Carat. de offic. de Jurib. Paroch. tit. 4. cap. 3. & eas petant. Ang. de Clero. in summam verb. primitia. num. 1.*

Sed si consuetudo sit immemorialis, non solvendi eas, peti non possunt. *Henric. Bohic. in c. 1. in fin. de decim. Sylvest. in sum. verò. decima. num. 2. Rebuff. tract. de decim. qu. 1. num. 21.*

**II** Primitiarum quantitas, nec lege veteri, nec Ecclesiastica est definita. In lege veteri ex traditione Magistrorum inoleverat, ad eccandam Sacerdotum istorum avaritiam, ut illi qui quadragessimam solverent partem, dicerentur præstare maximam: qui sexagesimam partem minimam: cæteræ partes mediæ offerentium arbitrio erant relicte. *c. 1. de decim. primit. & oblat. Gloss. ad can. Ecclesiæ. verb. primitia.*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



fiat 13. qu. 1. In lege Ecclesiastica, ne quidem ulla talis ratio est; sed consuetudinem loci sequimur. *Innoc. d. c. 1.*

Quod si magna sit penuria eius cui debentur primitiæ, nec sit ibi con- 12  
suetudo aliqua; loci viciniore consuetudo, si que sit, erit spectanda: *fac. c. cum olim. de consuet.* Si verò vicinorum locorum consuetudines sint diversæ, erit aut eligenda mediocritas, aut quod est minimum, a bi-  
trio solvendis standum. *Boërius decis. 236. num. 3. 4. 5.*

Cæterum licet primitiæ offerantur Deo tanquam honorum largi- 13  
tori: *d. can. revertimini. 65. 16. qu. 1.* tamen quia Deus suam partem dedit Sacerdotibus & Levitis, divino cultui inservientibus, idè solvenda sunt & debentur proprio Parocho aut Clericis, qui pro offeren-  
tibus preces fundunt. *can. Ecclesias. §. item cum decimis. c. 13. qu. 1.*

Primitiarum solutionem non teneretur Parochus statim maturis 14  
fructibus acceptare, sed diebus novem debent esse apud matrem, id est si grana; in spica; *Gloss. in l. stipulatio ista. 38. in verb. incertam. ff. de verb. oblig. si fatus, animalium, apud matrem;* quamdiu periculum est, nè pereant, si ab ea separentur. *Boër. d. decis. 236. sub num. 2. Ol-  
drad. cons. 236. incip. circa præpos. quæst. Petr. Gregor. in synagm. Jur. Univ. lib. 11. cap. 19. num. 4.*

Putat Azorius. *Inst. moral. d. cap. 27. usu & consuetudine Pri- 15  
mitias magna ex parte esse sublatas, & legem de illis solvendis ferè ubi-  
que esse antiquatam; & ubi huiusmodi lex erat, minimè primitias sol-  
vi, nisi perantur à Clericis.*

Primitiæ, in veteri Ecclesia, ut & Oblationes; vel mittebantur 16  
in gazophylacium, Arcam vocat Tertullianus. *Apol. cap. 39. Se-  
cretarium Possidius in vita D. Augustini. cap. 24.* vel etiam apud Præ-  
positum id est, Episcopum, deponebantur, ut est apud Justinum Marty-  
rem *Apol. 2.* scilicet ut disquiri posset, an essent munera digna, vel ob  
personam offerentium; vel an essent quæsitæ ex justa causa, ut, si pro-  
ficiscerentur ab impiis, rejicerentur; *can. non est putanda. 1. qu. 1. can. miror. 17. qu. 4.* Petr. Damianus, *epist. 36. lib. 6. Enim verò dona ab ini-  
quis suscipere, quid aliud est, quam propriam animam ex dantis squalore  
fedare?* Si digna reputabantur offerrebantur Sacerdoti per Diaconum.  
*can. ult. de consecrat. dist. 1.* & primitiæ quidem sæpius ponebantur su-  
per

[G g]

per



per altare, nusquam oblationes: *Balsamon. ad can. 3. Apostol. r. 2. de consuet. can. Sanctorum. 10. qu. 1. sapius ex eminenti loco vel columna suspendebantur: Sicut olim à Gentilibus factitatum Delphis. Tete Clemente Alexandrino 1. Stromat. cap. 1.*

*Ἔοφα θεῶν δεκάτη ἀνοβήια τε κρηδοσάρη,*  
*Σταθμῶν ἐκ σταθῶν, καὶ κίονος ὑψηλοῦ.*

*Ut decimamque Deo, primos fructusque dicemus,*  
*Sedibus ex Sacrosanctis, celsaque columna.*

Hæc donaria vocabantur & ἀνοβήια, à verbo ἀνοβήια, quod est, *suspendere*; undè & excommunicatio dicitur anathema.

Solebant Reges Israel Victores consecrare sua spolia, suspendere in templo: sic Samuel, Saul, David; ut scribunt Doctores in cap. 26. 1. Paralip. Et Gentiles apud Maxim. Tyrium cap. 14. differ.

17 Porro Decimarum, primitiarum, & Oblationum erogatio & distributio non erat una: Siquidem Primitiæ & Oblationes in iustitiam Ecclesiæ, in Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum vertebantur usum: d. can. 3. & 4. Apostolor. Decimæ verò dabantur Hippo-Diaconis, & cæteris inferioris ordinis Clericis. ut constat ex cap. Clementis. cap. 40. lib. 8.

Quo tempore credendum est primitiarum & oblationum conditionem, longè fuisse pinguiorem, sed charitate refrigerante evaserunt, solis remanentibus decimis Clero aequè dividendis. *Canon. decret. hoc tit. de decim. primit. & oblat. circa fin.*

## TITULUS VIII.

## De Oblationibus.

## SUMMARI A.

- |                                  |                               |
|----------------------------------|-------------------------------|
| 1. Oblationis vox sumitur variè. | 3. Quot ejus species.         |
| 2. Propriè sumta quæ.            | 4. Usus antiquissimus.        |
|                                  | 5. Introductus in Legè Græcè. |

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



- Gratia ad imitationem Testamenti Veteris.
6. Suadet eas D. Augustinus.
7. Offerebantur quando.
8. An debeantur ex precepto.
9. Non.
10. Nisi quatuor casibus.
11. Cui cedant. Et quando.
12. De quibus Oblationibus participare potest Episcopus.
13. Quando ei soli cedant.
14. Parochianis oblationes facere nolentibus an denegari possint Sacramenta.
15. Ut Oblatio recipi possit, quæ requirantur.
16. Quid intelligatur illicitè acquisitum.
17. Accipere eas non possunt Laici.
18. Non Religiosi.
19. Modus offerendi in quibus consistat.
20. Quid Gentiles hic servaverint.



**O**blationis vox sumitur vel in genere, vel in specie; idque aut laxè aut strictè. In genere denotat quamvis alicujus rei non petita, largitionem spontaneam, sive fiat Deo, sive homini. *c. tua nos. 34. de Simonia.*

*Laxè* comprehendit actiones omnes, per quas quæcunque res ad cultum divinum exhibentur: Et sic sumpta, decimas; *Genes. cap. 28. & Numeri. c. 18. & primitias, can. 1. caus. 16. qu. 7. Sylvest. in sum. verb. decima. num. 2. includit.*

*Strictè* & propriè oblationes dicuntur, quæcunque à piis & fidelibus Christianis offeruntur Deo & Ecclesiæ; *can. causa. 19. vers. oblationes. c. cum inter. de verb. signif. Oldrad. conf. 293. in fine. Isidor. Muscon. de majest. milit. Eccles. lib. 1. part. 3. cap. 3. Bonac. de legib. qu. ult. punct. ult. num. 3. sive res sint mobiles, sive immobiles. Nec refert, an legentur testamento, an aliter donentur. can. qui oblationes. can. Clerici.*

[Ggg] 2



rici. 13. qu. 2. can. videntes. 16. vers. ipse cum res. 12. qu. 1. not. in d. causa. & d. c. cum inter. Mur. Socin. tract. de oblation. lib. 1. Tract. de vat. in simili tract. serè per tot. Offerumenta vocabant Veteres, autem Festo.

3 Oblationum tres sunt species, sive modi potius: Prima, dicitur donatio rei inter vivos facta Deo & Ecclesie: Secunda, facta causa mortis, quæ fit pro redemptione animæ, & solet Mortuarium appellari can. indignè. 12. qu. 2. c. officii. c. requisisti. de testam. Tertia, Usualis dicitur, & est illa quam faciunt fideles, dum offerunt ad altare, vel ad numerum Sacerdotis. d. c. causa. d. c. cum inter. can. quia Sacerdotes. 10. qu. 1. Hieron. Carat. in opusc. de Jurib. Parochial. tit. 3. cap. 3. Reliquæ decim. qu. 1. num. 27. Leo in Thesuro Fori Eccles. part. 2. cap. 1. num. 32. cum seqq. Et hæc ex consuetudine specialiter Oblatio dicitur.

4 Oblationum usus est antiquissimus: Coeperunt enim tempore Cain & Abel, Genes. 4. vers. 3. & 4. vel secundum alios, Noe, in Genes. 8. vers. 20. Ubi edificavit Noë altare Domino: & tollens de cunctis pecoribus & volucibus mundis, obtulit holocausta super altare. Iuxta Legem Moysis. Numeri cap. 6. 7. & 8. Observata in Lege Gratia: ut constat ex canonibus Synodi sextæ; dum paniter in Altari, vel Ecclesia, tempore Missæ, panis, oleum, mel, cera & alia hujusmodi offeruntur. Et can. 57. Frustrum vetitum ad Altare offerre Lac & mel. Memoriæ & horum Oblationum Theodorus. lib. 5. Histor. Eccles. cap. 17.

5 Inductæ ad imitationem Veteris Testamenti. Cum enim Eusebius cap. 23. dictum esset: Non apparebis in conspectu meo vacuus, Gregorius VII. in Synodo Romana. id traduxit ad Missarum oblationes, in can. Omnis Christianus. de consecrat. dist. 1. ubi sic inquit: Omnis Christianus procuret ad Missarum solemniam aliquid Deo offerre & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: Non apparebis in conspectu meo vacuus.

6 Oblationes non uno loco suadet D. Augustinus: ut serm. 201. de tempore. ubi: Ante omnia secundum viros vestras elemosinam pauperibus exhibeto, oblationes quæ in altario consecrantur, offerre &c. Et serm. seq. Ille bonus Christianus est, qui quando ad Ecclesiam venit, oblationem quæ in altario mittatur, exhibet, &c. Evidem vel alius quis-

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.

32



quibus est, *serm. 64. ad Fratr. in Eremo: Oblationes per dies dominicos pro vobis & vestris secundum status vestri possibilitatem offerre.*

Laudat Theodosium Theodoretus *lib. 5. histor. cap. 17.* Constantinum Lacapinum in eius vita Cedrenus: quod nunquam in conspectum veniant vacui & sine munere.

Offerrebantur post lectionem Evangelii; Concil. Valentin. Hispan. *can. 1.* & sine eis ad communionem sacram non accedebant. *Dadinus Altafer. dissert. Jur. Canon. lib. 13. cap. 2.*

Eas *Eulogias, benedictiones,* vocat Synod. Laodicensis *can. 32.*

Unde hic incidit quaestio; An ad huiusmodi oblationes Missales obligemur ex praeccepto? Et magis est, quod non; sed quod praecceptum sit Testamenti Veteris caeremoniale; *Cardin. conf. 6. ad fin. de relig. domib. Fumus in Armill. verb. oblatio. num. 3. Azor. Inst. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 7. num. 11. Gutier. canon. contro. lib. 2. cap. 21. num. 153.* quod utique per mortem Christi est sublatum. *fac. c. un. de purific. post partum. ut supra dictum. Canis. ad tit. de decimis & c. cap. 19. n. 9.* Nec moveat nos dicta Gregorii VII. in *d. c. Omnis Christianus.* constitutio. Quae usui populi non recepta, ut necesse est in qualibet constitutione; quae ante non ligat, quam moribus utentium sit approbata; *can. in istis. §. leges. cum can. seq. dist. 4.* vel saltem abiit in desuetudinem.

Quare securè tenendum est, oblationes non deberi ex praeccepto: cum etiam id in sacris canonibus nusquam appareat. *Barbof. lib. 3. Jur. Eccles. Univ. cap. 23. num. 9. Lessius de Inst. & Jure. lib. 2. cap. 39. dub. 6. num. 34. Suarez. de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 5. num. 2. Gabr. Pereria de manu Regia part. 1. cap. 15. num. 1. Valleng. in parat. tit. de decim. §. 1. num. 4. Zaf. d. tit. num. 65.*

Quatuor tamen casibus, enumeratis à *D. Thoma 2. 2. quest. 86. 10. art. 1. Hieron. Carat. in opusc. de jurib. Parochie. tit. 3. cap. 4. Aloys. Riccio in praxi. part. 4. resp. 295. num. Valleng. d. loco. Leone in Thesaurio sori Eccles. part. 2. cap. 13. num. 14. cum seqq.* limitatur dicta resolutio.

Primus est; Cum debentur per modum census, pensionis, aut conventionis antea factae cum Ecclesia. *can. oblationes. 13. qu. 2. Argel. in sum. verb. oblatio. num. 1. Grilenzin. conf. 167. num. 28. Barbof. d. loco. n. 10.*



*Secundus*; Cum debentur ex testamento, legato, donatione, pto, &c. c. nulli. 12. qu. 2. c. ult. 13. qu. 2. d. can. oblationes. Rebuff. de decimis. d. qu. 1. num. 24. Fr. Philip. de la Cruz de decim. fol. 107. d. in rubr. de decim. num. 3. Leo d. loco. num. 18.

*Tertius*; Si Ministri Ecclesiæ egeant: nec enim tenentur suis stipendiis militare, sed qui altari servit, de altari vivere debet. D. Paris. 1. ad Corinth. cap. 9. c. cum ex officiis, de prescript. Felin. in c. 2. num. 3. de testam. Soto de Just. & Jure. lib. 9. qu. 3. art. 1. Gutier. d. d. & cap. num. 139. Leo d. loco. num. 16.

*Quartus*; Quando viget consuetudo decennialis, Abb. inc. fias nobis n. 9. de Simonia. Cassad. decis. un. n. 5. de consuet. Covarr. var. n. 9. d. lib. cap. 17. num. 3. Navar. man. cap. 13. num. 19. Azor. & Suar. d. linc. Perez. de Lat. de anniversar. & Capellan. cap. 12. num. 21. consuetudo Quia consuetudines laudabiles servanda. c. ad apostolicam. §. quare pter. de Simonia. c. quamvis. de decimis. Abbas in rubr. de Paroch. num. 3. vers. quartus casus. Covarruv. var. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 3. Rebuff. d. loco. num. 24.

Quæ consuetudo, licet à principio sit voluntaria, & minime obligatoria, sensim tamen vim legis accipit, & obligat: quia est acceptata, & prescripta ut obligatoria. Gutier. d. lib. & cap. num. 140. Azor. d. lib. 8. cap. 30. aliàs 27. qu. 12. Less. de Just. & Jure. lib. 2. cap. 33. d. lib. num. 34. Suar. d. cap. 5. num. 12.

**II** Oblationes si fiant in Ecclesia Parochiali, cedunt Parocho: si in alia Ecclesia Prælato illius: can. quia Sacerdotes. 13. can. Sanctorum. 14. caus. 10. qu. 1. Similiter si fiant Capellæ intra Parochiæ limites, cedunt Parocho, non Sacerdoti Capellæ: Abb. in c. Pastoralis. num. 2. de hoc qua sunt à Præl. & Azor. l. Inst. Moral. lib. 7. cap. 27. qu. 13. Felin. in c. dilectus. num. 1. de offic. Ordin. Socin. de oblat. libelli. qu. 18. in fine Troil. Matvet. de oblat. dub. 4. num. 29. Socin. de oblat. d. lib. 18. num. 7. & 10. Rebuff. de decim. qu. 1. num. 29. Ripa. de oblat. Eccles. rescript. 1. num. 2. cum seq. Etiam si in Capella erecta sint distincta officia. Abb. in d. c. pastoralis. num. 2. Socin. d. loco. num. 10. Fusc. de Visitat. lib. 1. cap. 14. num. 12. Matvet. d. dub. num. 29. Rota decis. 308. num. 2. part. 2. recent.

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



Idem dicendum, si sunt oblationes imagini depicta in pariete domus alicujus personae privatae, intra parochiam sitae. *Curat. d. tit. 3. cap. 11. Barbos. d. loco num. 26. Vallens. d. loc. §. 2. num. 2. Abb. d. loco. Rebuff. qu. 2. num. 29. Leo d. loco. num. 26.* Nisi consuetudo introduxerit, ut ad dispositionem *Episcopi spectarent. Vallens. d. loco.*

Ut & si fiant imagini, sive in parochiali, sive extra, intra tamen parochiae limites posita. *d. c. pastoralis. & ibi Canonista. can. in hanc. 10. qu. 1. c. dilectus. de offic. Ordin. ubi Abb. num. 4. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 7. cap. 76. qu. 13. Decian. cons. 16. lib. 2. Gutier. Canon. Quast. lib. 2. cap. 21. num. 62. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de bonis Cleric. §. 3. num. 3. & 6.*

Si fiant imagini extra omnem parochiam posita, cedunt Episcopo. *Felin. d. loco. princ. & num. 3. & Abb. in c. quoniam. num. 1. de decim. Barbos. d. loco. num. 29.*

Si offeratur quid altari seu Capellae in Ecclesia existenti intuitu, non Ecclesiae, sed ipsius Altaris seu Capellae, habentis bona distincta, cedit usui Altaris sive Capellae. *Felin. in d. c. dilectus. num. 2. & 3. de offic. Ord. Piafec. in praxi Episc. 2. part. cap. 5. art. 4. num. 44.*

Cujus vero intuitu aliquid dicatur esse oblatum, judicandum est ex conjecturis. *Vallens. d. loco. num. 3. in fin.*

Sed & de oblationibus, quae fiunt Ecclesiis, participare potest <sup>12</sup> Episcopus: *can. concessor. 12. qu. 2.* siquidem consuetudo sit talis. Alioquin regulariter habet Parochus intentionem fundatam de jure, supra oblationibus quae fiunt intra fines parochiae suae. *Socin. d. libello 18. qu. 6. Malvet. d. tract. in 4. dub. col. 7. Lauret. de Franchis de contro. int. Episc. & Regul. in var. quast. qu. 69.* Vel quae fiunt circa nuptiarum benedictiones, purificationes post partum, in sacramentorum administratione, Missarum celebratione, *can. statuimus. 16. qu. 1. Hostiens. in sum. de Parochis num. 3. vers. & haec Presbytero. Joan. Andr. in cap. eum qui. num. 3. de praebend. in 6. ubi Anchor. num. 3. Gemin. in §. insuper. num. 9.* etiamsi haec per alium, & non per Parochum, exercentur; quia per se facere videtur, qui facit per alium. *c. qui facit. de reg. jur. in 6. Piafec. d. part. 2. cap. 5. art. 4. num. 44.*

Si vero Episcopus ipse celebret in Cathedrali vel in Parochiali <sup>13</sup> Eccle-



Ecclesia, vel quæcunque alia, oblationes ei soli cedunt. *c. super ea. de parochiis. Hostiens. in Sum. d. tit. num. 2.* Sicut & Archiepiscopo cedunt, quando celebrat in provincia; nisi consuetudo sit in contrarium, aut ibi celebret nimis frequenter. Ubi tamen Episcopo in Parochia celebrante oblationes ex consuetudine percipit Parochus, debetur Episcopo canonica portio. *c. conquereute. de offic. Ordin.* Quod Episcopus vel Archiepiscopus celebret in locis exemptis, oblationes cedunt ei, qui jus habet Parochiale. *Vallens. d. loco. num. 4. verò.*

14 Nolentibus Parochianis consuetas facere oblationes, non ideo in sacramenta subtrahere debet Parochus, sed, iis ministratis, potest implorare Superioris, nempe Episcopi officium, ut suas obeant. *pars. Felin. in c. veniens. il. 1. num. 3. de testib. Covar. d. lib. 1. var. resolut. cap. 27. num. 3. Graff. decis. aur. cap. 27. num. 6. Navar. cons. 2. de dicit. Leo d. loco. num. 35.*

15 Sed non omnis Oblatio recipi potest. Tria, ut Deo sit grata, requiruntur. *Socin. Paporm. in c. fin. de verbor. signif. Primum:* Quod offerens sit Christianus. Quia Ecclesia ab infidelibus non recipit oblationes; nisi fortè damnum ab eisdem sit passa; pro quo tamen non oblationes, sed earum recipit æstimationem: *c. quanto. de usur. sed nec aliquid, quod fuerit oblatum idolo, Ecclesia recipit. ut est in Canon. Eliber. constitutum. Secundum:* Ut offeratur Ecclesie; nam quod private personæ, etiam Ecclesiasticæ, offertur, non est propriè oblatio, sed donatio aut elemosyna. *Tertium:* Ut res oblata sit licite & honestè acquisita. *can. immolans. can. scriptum. 14. qu. 5. d. c. causa. de verb. signif. c. quia in omnibus. de usur. c. ex transmissa. de decim.* Nam Eccles. 38. legitur: *Dona iniquorum non probat. Altissimus, nec recipiuntur in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiatur peccatis.* Quod etiam affirmat D. Augustinus lib. de verb. Dom. serm. 35. & S. Gregorius in præfat. in Job. ait: *Victima impiorum abominabiles sunt Deo, vota justorum placabilia: neq. enim omnipotentis iudicis quid, sed à quo detur, inspicitur: hinc scriptum est: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain autem, & ad munera ejus non respexit.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles

G IV.  
32



Illicite autem intelligitur acquisitum quicquid ex furto, usuris, 16  
vel alio illicito exercitio, aut ex meretricio, est acquisitum. Ideoque  
Gloss. verb. *dona. in can. 2. dist. 90.* aliqua enumerat personarum ge-  
nera, quibus prohibitum est offerre oblationes. Nempè 1. Fratrum  
dissentientium; *can. oblationes. dist. 90.* 2. Pauperes opprimentium;  
*d. can. 2.* 3. Sacrilegorum; *can. divino. 12. qu. 2.* 4. Servos suos ex  
Ecclesia, ad quam confugerant, extrahentium; *can. miror. 17. qu. 3.*  
5. Raptorum; *c. super. de raptor.* 6. Usurariorum; *c. quia in omni-  
bus de usur.* 7. Penitentium publicè; *can. eos quos. de consecrat. dist. 4.*  
8. Liberos exheredantium; *can. ult. in princ. 17. qu. 4.* 9. Excommu-  
nicatorum; *can. si aliquis. 26. qu. 6. can. Sacerdos. 6. §. penitentes. 26.  
quasi. 7.* 10. Meretricum; *Gloss. d. loco.* 11. Aliena offerentium;  
*c. causa Carpenfis. verb. de propriis. de verb. signif.* Sed & indignum est  
offerre Deo, quod non dignatur homo accipere. *can. fin. dist. 49.*

Laicis autem interdictum est sub pena excommunicationis Pa- 17  
palis accipere oblationes, vel aliis accipiendas committere. *can. quia  
Sacerdotes. 13. cum seq. 10. qu. 1. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap.  
15.* & cum sint earum incapaces, non valet consuetudo in contra-  
rium. *Vallens. d. loco. §. 3. num. 2.*

Sed nec Religiosi eas percipere possunt, nisi de licentia Recto- 18  
ris Ecclesiæ, vel per ordinationem Ecclesiæ, vel tanquam altaris mi-  
nistri, si iis ob id dentur. *vid. can. oblationes. cum duob. seqq. 13. qu. 2.  
& can. in omnibus. 16. qu. 7.*

Modus offerendi, non in certa quantitate consistit. *can. 28. odi. 19  
24. qu. 1.* sed in bona sinceraque offerentis voluntate; *d. can. 28. odi.  
in fide Christiana, & charitate. can. odit Deus. 62. cum can. seq. illi offe-  
runt. 1. qu. 1.*

Quod semel Deo oblatum, ad Laicorum usus non revocandum, 20  
nec est retinendum. *can. 3. sunt qui opes. cum can. seq. 17. qu. 4.* Quæ  
& Gentilibus adfuit religio. Argumentum est, quod scuta suspendebant  
in templis *ἀνεῶ τῶν ὀχέων, sine loris*, ne amplius usui essent. *teste Aristoph.  
in Equitibus.*



## TITULUS IX.

## De Canonica Portione Episcopali.

## SUMMARI A.

1. Canonica portio ex quibus desumitur.
2. Cur sic dicta.
3. Est duplex.
4. Episcopalis ex quibus debetur Episcopo.
5. Ex quibus Rectori Ecclesia : & quibus ex causis.
6. Non debetur si consuetudo sit in contrarium.
7. Quantitas in jure non definita.
8. Episcopi nomine qui hic veniant.
9. An Episcopo debeatur ex Legato loco exempto relicto.
10. Quid si Ecclesia sit exempta.
11. Quid si sit exempta tempore mortis Legantis, non testamenti.
12. Non detrahatur hanc portio ex relictis pauperibus :
13. Confraternitatibus :
14. Hospitalibus.
15. Pro Ecclesia ornamentis, &c.
16. An ex relictis pro aliis operibus piis ex futuro pendet eventu.
17. An ex relictis pro restauratione locorum piorum.
18. Quid si in restauratione non indigeant.
19. An ex relictis pro subventionem eorum qua ad cultum divinum pertinent.
20. Non

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles

G IV.

32



- |   |  |
|---|--|
| <p>20. Non ex donatione inter vivos.</p> <p>21. Nec Legato pro maritandis puellis.</p> <p>22. Nec de relictis in subsidium terra sancta.</p> <p>23. Quid de relictis Regularibus.</p> | <p>24. Legatum &amp; portionem simul quando possit petere Episcopus.</p> <p>25. Quando Ecclesia suam portionem retrahat.</p> <p>26. Quomodo hæc quarta deducenda.</p> <p>27. Prascribi potest.</p> |
|---|--|

**S**equitur de Canonica portione, quæ scilicet ex relictis & proventibus Ecclesiis obvenientibus, detrahitur, & Prælati debetur. *can. 1. cum seq. 10. qu. 3. c. de his. can. decernimus. 10. qu. 1. can. constitutum. 16. qu. 1. Clem. dudum. de sepultur.*

Dicta Canonica c. ult. de testam. id est, pars à canonibus instituta & approbata. *Sylvest. in Sum. verb. Canonica portio. num. 1. Barbof. de offic. & potest. part. 3. all. g. 86. num. 2.* Aliquando & appellatur Legitima. c. officii. eod.

Est duplex: Una qua debetur Episcopo ab Ecclesiis suæ dioceseos: *d. can. de his. cum simil. c. officii. cum seq. de sepultur.* de qua dicimus hoc titulo: Altera, qua debetur Ecclesiæ Parochiali, seu ipsius Curato & Rectori. De qua tractabimus infra.

Canonica portio Episcopalis debetur Episcopo ex omnibus Legatis, relictis quibuscunque Ecclesiis, aut piis locis, intra suam diocesim existentibus. *d. can. de his. cum seqq. 10. qu. 1. can. vobiscum. cum seqq. 12. q. 2. Lopus de Canonica portione, part. 2. qu. 4. à num. 8. Ubald. de Canonica port. part. 2. cap. 4. qu. 7. in princ. nec non ex decimis, & ex iis quæ occasione funerum obveniunt Ecclesiis: c. conquerente. de offic. Ordin. & ibi Gloss. verb. mortuuariorum. Gloss. in c. cum olim. de censib. & denique de omnibus relictis pro anima. can. Pontifices. 12. qu. 3. c. requisisti. 15. in princ. de testam.*

Idque curæ Pastoralis intuitu, sicut etiam Parochialis Ecclesiæ  
 [Hhh] 2 Re-



Rectori: *c. i. c. de bis. de sepultur.* tribus potissimum ex causis: 1. In recognitionem superioritatis; sicut cetera jura Episcopalia: *de quib. in d. c. conquirente. & c. de quarta. & c. auditis. de praescriptio.* 2. Ob communicationem, quae est intra Episcopum & Ecclesiam sibi subjectas: *d. c. requisisti. vers. secus.* 3. Ob curam & pabulum coeleste, quod impartitur Ecclesiis inferioribus: *c. i. ibi. caelesti pabulo. de sepult. Lopez. tract. num. 1.*

6 Debetur Episcopo, nisi contraria consuetudo, aut quadraginta obstat praescriptio: *c. de quarta. 4. de praescript. d. c. officii. in fin. de testam. Panorm. inc. certificari. de sepultur. Sylvest. in Sum. verb. Canonica portio. 2. qu. 1. num. 3. in fin.* Habet enim super ea intentionem de iure communi fundatam: *Seraph. decis. 1449 num. 4. Gregor. XV. decis. 317. num. Rot. decis. 31. num. 5. part. 1. divers.*

7 Quantitas ejus, non est certo in jure definita; *sec. Felin. in d. c. de quarta. arg. c. certif. can. 9. de sepultur. & Abbat. in c. ult. num. 2. de testam. ad consuetudinem recurrendum sec. Gloss. in d. c. ult. verb. conditione. & in d. c. conquirente. verb. mortuorum.* Certè aliquando est pars quarta, nunc tertia; *c. requisisti. eod. can. vobis. can. concessi. can. Vulturuna. 12. qu. 2. d. c. conquirente,* quandoque media *can. antiquo. 10. qu. 1. c. 2. de sepultur.* juxta diversarum provinciarum diversas consuetudines: *d. c. certificari. 9. d. c. requisisti. Covarruv. in c. ult. de testam. in princ. Bertachin. de Episcopo lib. 4. in 4. part. num. 40. Riccio in praxi aurea. resol. 209. concl. 5.*

8 Detrahit illam Episcopus, licet testator expresserit, se velle Ecclesiam, non Episcopo esse relictum. Quia privata testatoris dispositio immutare non potest generalem Canonis constitutionem: *d. c. requisisti. vers. secus autem.*

Episcopi autem nomine quis hic venit alius Praelatus inferior in Ecclesia, cui quid relictum Episcopalem jurisdictionem habens. Est enim haec canonica portio de lege Jurisdictionis, Episcopo jure Episcopali debita: *Innoc. in c. 1. de statu Monach.* quod eum habeant huiusmodi Praelati in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis, & habere debent cum connexis & annexis emolumentis omnibus: *Ubald. d. tract. cap. 4. qu. 4. princ. num. 1. vers. notandum.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



Cum Episcopus neque exigat neque percipiat jura Episcopalia in locis exemptis; *can. luminoso. 18. qu. 2. c. cum Episcopo. 7. de offic. Ordin. in 6. ubi Gloss. verb. exempto.* non debetur ei canonica portio ex legato loco exempto relicto. *Sylvest. in Sum. d. verb. canonica portio. qu. 3. num. 4. Angel. cod. verb. num. 7. Lapsus d. tract. qu. 4. Ubald. cod. tract. cap. 4. quest. 6.*

Si verò Ecclesia exempta Capellas vel populum habuerit non exemptum, tenebitur Episcopo ad hanc portionem. *Joan. Andr. in c. in nostro. de sepultur. Lapsus d. tr. §. quia. num. 6. vers. secundo queritur. Ubald. d. c. 4. q. 5. Cochier. de jurisdict. Ordin. in Exemptos. part. 4. qu. 6. num. 5.*

Relicta Legato Ecclesie exemptae tempore mortis, subjectae vero testamenti tempore, distinguendum: Aut utroque tempore, testamenti scilicet & mortis, est exempta, & non debetur Canonico portio: *ob rationem dictam:* Aut subdita est tempore testamenti, exempta vero tempore mortis: & quoque non debetur; Tempus enim considerandum, quo legatum cedit, non quo legatur: *l. post diem. ff. quando dies legat. l. que legata. ff. de div. reg. jur. Lapsus d. §. quia. num. 12.* Aut est exempta tempore testamenti; subdita vero tempore mortis, & debetur. Mortis enim tempus inspiciendum. *l. si cognatus. ff. de reb. dub. Ubald. d. cap. 4. qu. 7. num. 3.*

Sunt praeterea quaedam relicta extra hujus portionis detractionem: I. Ut 1. Relicta in genere pauperibus, vel consanguineis intuitu pietatis: *Gloss. verb. decrevi. in c. 2. de sepultur. & verb. Trebellianica. in c. si pater. de testam. in 6. Abb. in c. ult. num. 7. cod. Tiraquel. de privileg. pia causa. privit. 28. Ubald. d. tract. cap. 5. num. 10. & II. & cap. 6. num. 15.* Ratio. Quia quando aliquid relinquitur pauperibus in genere, illud relinquitur personis, non autem piis locis: de relictis vero personis non detrahitur quarta Episcopalis. *d. c. requisisti. d. c. ult. de testam. e. ex parte 31. de verb. signif. Joan. Andr. in c. in nostra. 10. de statu Monach. Nisi relictum esset pauperibus certi loci: Quia tunc legatum videtur factum intuitu pii loci & ipsi loco. Vallens. in parat. ad decret. lib. 3. tit. 28. de sepultur. §. 6. num. 4. Barbosa. lib. 3. jur. Eccles. univ. cap. 19. num. 16.*



- 13 2. Relicta Confraternitatibus: *Gloss. in d. c. 2. de sepultur. per l. quis ad declinandam. 49. §. fin. Cod. de Episcop. & Cleric. & ibi Bald. num. 19. Abb. cons. 31. dub. 2. vol. Ubald. d. tr. qu. 14. num. 15. Tyrand. d. tract. privil. 28. Gutier. commun. dicit. licet. dissent. Canon. quæst. lib. 1. cap. 35. num. 13. Ratio: Quia de jure quarta tantum præstanda de iis quæ Ecclesiis vel piis locis relicta: d. c. officii. d. c. ult. de testam. At constat Confraternitates, quæ nulli Ecclesiæ, Hospitali, Capellæ, aut alii pio loco adherent seu uniuntur, non esse tales: sed potius representare plurium personarum corpus quoddam fictum. *Barbos. d. loc. num. 19.**
- 14 3. Relicta Hospitalibus, licet Episcopi auctoritate contrahis, & sic locis piis; *sec. c. ad hęc. 4. de relig. domib. l. in tantum. 6. vers. iura autem. ff. de rer. divis. Quia Episcopi Jurisdictioni non sunt subiecti per Clem. dudum. §. ultra. de sepultur. Roman. consil. 477. num. 15. & 19. Barbos. d. loc. num. 21.*
- 15 4. Relicta; pro ornamentis, cereis, Ecclesiæ fabrica, & ceteris ad divinum cultum pertinentibus: *d. c. ult. ubi Abbas. num. 2. Corar. num. 4. Ubald. d. tract. cap. 6. Lapus. eod. tract. p. 2. à num. 24. Zesf. in com. ad decret. tit. de sepult. num. 38. sive emendis, sive conservandis, sive emendandis. Leo in Thes. son. Eccles. part. 2. cap. 14. num. 6. Valsc. cons. 105. ex num. 11. Boët. Epo in comment. ad d. c. requisisti. 15. num. 33. de testam.*
- 16 5. An autem debeat ex relictis pro aliis operibus piis in genere pendet decisio à futuro eventu: Quia si Executores distribuunt legatum in fabricam, luminaria, Ecclesiæ ornamenta, vel in consecratoria cultum divinum, non detrahitur quarta: *Corar. in d. c. ult. num. 7. de testam. Quia distributio, quam faciunt Executores, censetur facta ab ipso testatore. l. unum ex familia. §. 1. ff. de legat. l. secus in priorum locorum usum non privilegiatum. Valls. d. loc. num. 6. vers. an verò. Barbos. d. loc. num. 24.*
- 17 6. Non debetur de relictis pro restauratione Ecclesiæ Matris, ædificatione & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum. *per. d. c. ult. ibi seu fabrica. de testam. & c. ex parte. 31. ibi. vel ad fabricam. de verb. sign.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



Sed quid, si Ecclesia &c. de presenti instauratione non indigeat?<sup>18</sup>  
 Quæstio est dubia. Detrahendam esse portionem resolvunt Covarruv. in d. c. ult. num. 4. vers. est tamen. Miranda in *Manud. Prælat.* tom. 2. qu. 48. n. 3. concl. 1. vers. tertio. Negant Goffred. Cardinal. Barbat. in d. c. ult. relati à Covarr. d. loco. Leo d. cap. 14. num. 8. per cam. vobis. 12. qu. 2. Sed forma Legati est attendenda; *sec. Rotam in Syracusana quartâ. 5 Martii 1586. inpr. per Quarant. in Sum. Bullarii, verb. Quarta Episcopalis.* Verbi gratia: Si testator vult statim, vel in singulos annos aliquid pro Ecclesiæ restauratione solvi, quæ restauratione non indigeat, ut tunc debeat quarta; non si pro restauratione Ecclesiæ ita legaverit; *Quoties ea indigebit.*

Et ita quoque dicendum de relictis pro subventione luminarium,<sup>19</sup> ornamentorum & aliorum ad cultum divinum pertinentium. Ex his namque non debetur quarta: d. c. ult. Si verò usus est indeterminatus, nonque destinatus cultui divino perpetuo, tunc debetur. d. c. ex parte. id. 3. d. c. requisisti. *Vallens. d. loco. num. 6. Barbof. d. loco. num. 25.*

Ad perpetuum cultum divinum Legatum censetur, si relictum, ad faciendum alicujus Sancti festum annuum, vel dicendum annuatim officium in una Capella. *Innoc. in d. c. ult. Leo d. loco. num. 9. Barbofa. d. loco, num. 25. in fin.*

7. Nec debetur hæc quarta ex donatione facta Ecclesiæ inter vivos. c. 4. de sepultur. c. 1. de statu Monachor. *Zaf. d. loco. num. 38. Sylvester in Sum. verb. Canonica portio. 4. quæst. 4. Miranda d. quæst. 48. art. 3. conclus. 1. vers. & tandem septimo.*

8. Nec ex Legato pro maritandis duabus puellis singulis annis,<sup>21</sup> vel pro una consanguinea. *Rota dicta. Barbofa d. loco. num. 27. Vallens. d. loco. num. 7. Piafec. prax. Episcop. parte 2. cap. 3. art. 4.* Quia vel sunt pauperes, & constat non deberi quartam, cum legatum sit factum personæ, & non loco; vel non sunt pauperes, & tunc quoque non debetur; cum ob eandem rationem, tum quia tale legatum non dicitur pium. *Vallens. d. loco. num. 7. Barbof. d. loco. num. 27.*

9. Nec de armis, equis, relictis in subsidium terræ sanctæ. c. in no-<sup>22</sup>  
*fra. 10. de statu Monachor. Zaf. d. loco. & num.*

10. Nec ex Legatis quæ fiunt Regularibus. *Extr. 1. de sepultur. 23*  
*in*



*in communib.* De bonis verò relictis à Clerico intestato, ut & Laico, decedenti, permittitur Episcopo retinere quartam, ubi talis est conditudo. *arg. c. ult. de offic. Ordin. in 6. c. Sancta. junct. Gloss. in verbo mortuorum. de success. ab intest. Genuens. in praxi, cap. 66. Piasca. d. cap. 5. art. 4. num. 42. Vallens. d. loc. num. 8. vers. sed & de.*

24 Potest Episcopus, cui legatum relictum absolute, & illud vendicare, & simul petere portionem Canonicam: Veniunt enim ex diverso capite. *Anton. num. 6. Abb. num. 4. Covarr. num. 3. Epo num. 14. d. c. officii. 14. de testam.*

Non potest, si sub conditione; ut *legato contentus, nil amplius petat, illudque acceptaverit Episcopus. d. c. officii. vers. consultatione. & ibi Dd.* Quia tum videtur debito renuntiasse. *d. c. officii. ibi: renuntiasse. junct. l. cum ab uno. 55. ff. de legat. c. Alexand. in l. si cum datam. 2. §. si pater. num. 2. ff. soluto matrim. Roman. conf. 79. lib. 2. Secm. junct. conf. 173. num. 3. lib. 2.*

Nec potest, si testator exprimat, Se non aliter legare, quam sub conditione; *Ne Canonicam portionem exigit Episcopus; Isque legatum acceptaverit. d. c. officii. ibi non poterit. Barbof. d. loco num. 30.*

25 Quemadmodum verò Episcopo comperit sua portio, si quidem linquatur Ecclesiae; ita & è converso, si quid fuerit relictum Episcopo ex eo Ecclesiae Cathedralis suam Canonicam detrahit portionem: nisi expresserit testator, quod velit illud esse Episcopi tantum, aut pretulerit relictum Episcopo intuitu personae, & non Ecclesiae; relictum, quia à conjuncto ac propinquo relictum. *d. c. requisisti. vers. si vero relinquitur.* Aliàs quando relinquitur aliquid Episcopo intuitu Ecclesiae, veluti ab Extraneo, tunc portionem ex eo habebit Parochialis Ecclesiae. Quod si conjunctim Episcopo & Ecclesiae Cathedrali legetur aliquid de eo inter eos facienda est divisio Canonica: Quemadmodum & intuitu Episcopo, & illud Ecclesiae relictum sit. Nisi stare malint testatoris voluntati & dispositioni: *d. c. requisisti. vers. si vero istud. aut testator iusserit Episcopum relictum suo esse contentum. d. c. officii. Vallens. d. loco. num. 3.*

26 Deducenda autem haec quarta deductis prius oneribus; id est, solutis debitis, si quae sunt, & impensis in pompam funebrem factis, ceterisque quae fuerint necessaria pro servitoribus & ministris. *d. c.*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

GA IV.

32



ult. §. porro. de offic. Ordin. in 6. Piasce. d. loco. num. 42. in fine.

Potest consuetudine, sive præscriptione legitima induci, nè quarta debeat Episcopo. d. c. de quarta. de præscript.

## TITULUS X.

### De Cathedralico.

#### SUMMARI A.

- |                                    |   |
|------------------------------------|---|
| 1. Debetur Episcopo Cathedralicum. | 4. An contra eam currat præscriptio.        |
| 2. A quibus.                       | 5. An per Concilium Tridentinum sublaturum. |
| 3. Ejus taxa qua.                  |   |

**I**N honorem Cathedralis solvitur Episcopo portio quædam, inde Cathedralicum dicta: Gloss. per c. conquerente. de offic. Ordin. Flamin. Paris. tract. de confident. qu. 15. num. 5. Appellatur & Synodaticum; quia in Synodo, singulis annis celebranda, can. Episcopus. can. annis singulis, dist. 28. can. quando dist. 28. can. Episcopus. 25. qu. 6. c. sicut olim. de accusat. ab omnibus ad illam vocatis præstari consueta c. ult. de caus. poss. & propriet.

Potest eam Episcopus à singulis suæ Dioceseos Ecclesiis exigere. Gloss. in can. quicumque. 16. qu. 6. Paris. conf. 22. num. lib. 4. non Monasteriis: can. inter cetera. 10. qu. 3. cum à lege dioecesana sint exempta. can. pro utilitate. 16. qu. 1. can. quam sit. 18. qu. 2.

Distribuebatur in festo Nativitatis, & Resurrectionis Domini. olim. de censib. Zerola in praxi Episc. part. 1. verbo Cathedralicum. §. 1. Riccius in praxi aurea. resol. 182. num. 1.

Erat ejus antiqua taxa solidi duo: can. 1. caus. 10. qu. 3. Gloss. in d. c. 10. querente. verb. duos solidos. Surd. conf. 454. num. 12. Riccius. d. resol. num. 1. Servanda ea autem consuetudo, Gloss. in d. can. 1. sibona & ra-



& rationabilis. Zerol. d. loc. Riccius d. num. 1. in fin. Piasce. in prin  
Episcop. part. 2. cap. 2. num. 10. vide Sellium. in select. Canon. cap. 30  
num. 45.

4 Pro ea tota non currit prescriptio contra Episcopum: Bull. de  
prescript. in 5. parte. qu. 16. Botta. de Synodo. part. 3. num. 87. Zerol.  
d. loco. §. 4. currit pro parte. Abb. in c. pastoralis. de donation. Botta.  
tr. part. 2. num. 90.

5 Non est per Concilium Tridentinum, sess. 24. de reform. cap. 3.  
vers. intereunque caveat, sublata. Armend. in recop. legum. Navarra. lib.  
1. tit. 6. de visitat. num. 115. Barbof. de Episcopo. part. 3. alij. 73.  
num. 44. in fin. & in Apostol. decis. collect. 137.

## TITULUS XI.

## De Quarta Decimationum.

## SUMMARI A.

1. Quarta Decimarum de-      possunt.  
betur Episcopis.                      4. Quidsi Rectores sint ne-  
gligentes.
2. Ex quo jure.                      5. Prescriptioni in his  
locus.
3. A quibus eam exigere

**I** St & alia portio Episcopo debita; Quartam Decimarum ap-  
pellant: cum olim Episcopi essent pauperes, fuit in Conci-  
lio Aurelianensi cap. 16. relat. in can. antiquos. 10. qu. 1.  
statutum, ut de oblatis fidelium in Altario, sibi vindicaret  
partem dimidiam. Postea eod. Concil. cap. 17. relato in can. 7. de his. d. 1.  
& qu. tantum tertiam: Ut & Concilio Tarraconensi cap. 8. relato in can.  
10. decernimus. ead. caus. & qu. cum onere tamen fabricæ Ecclesiæ: ex  
Concilio Toletano XVI. cap. 4. relato in can. 3. unic. 10. qu. 3. Tar-  
dem eis concessa, absque onere ullo, quarta decimarum Ecclesiarum  
Paro-

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



Parochialium omnium. *c. conquerente. 16. de offic. Ordin. c. quoniam. c. dudum. de decim. c. de quarta. de prescript. & ibi Gloss. Hostiens. Joan. Andr. Zerob. in praxi Episcop. part. 1. verb. decima. §. 10. Leo in Thef. fori Eccles. part. 2. cap. 14. num. 33. Suar. de relig. tom. 1. lib. 1. de divino cultu cap. 28. num. 9.*

Quæ debetur eis jure proprietatis. *d. c. conquerente. verb. habeas. 2. Butrio post Hostiens. & alios in c. cum contingat. num. 9. vers. item quia. de decim. Innocent. in c. requisisti. num. 3. de testam. Lyndar. tract. de decim. num. 2. Monct. eod. tract. cap. 7. conclus. 6. num. 14. in fine. Proindeque est Legis Diocesana: Cochier de Jurisdic. Ordinarii in Exemptos. parte 1. quæst. 15. num. 6. A qua exempta sunt Monasteria; Cochier. d. part. 1. quæ. 16. Barbof. Jur. Eccles. Univers. lib. 3. cap. 20. num. 13. cum seqq.*

Exigere eam possunt, de Jure communi. *d. c. quoniam. ibi sua 3 parteretenta. c. dudum. ibi. intentione tua de jure communi fundata, de decimis. d. can. unio. d. c. conquerente. c. fin. de success. ab intest. Hostiens. Abbas. Cardin. Butrio. Joan. Andr. Anchar. in d. c. de quarta. à Rectoribus decimas percipientibus: non ipsis Parochianis; qui non Episcopis, sed suis Rectoribus tenentur respondere de decimis. c. cum contingat. de decimis. c. cum in tua. eod. Castrens. consil. 38. per tot. part. 1. Seraphin. decis. 1149. num. 5. Nec enim contra eas Episcopi habent intentionem suam fundatam de jure communi. Ex verb. d. c. conquerente. 16. Tu autem his juribus in prefatis Ecclesiis contentus existens, non amplius ab eis exigas. &c. Seraphin. d. decis. Gregor. XV. decis. 519. num. 2. Abbas antiquus in d. c. conquerente. num. 5. Abb. Panorm. ibid. num. 3. Card. num. 4. Bellam. num. 12. Castrens. consil. 38. per tot. part. 2. Barbosa d. loco lat. à à num. 17.*

Rectoribus tamen negligentibus agere, vel nolentibus, aut non 4 valentibus, Episcopi contra Parochianos implorare possunt Judicis Officium Nobile; (quod semper, deficiente actione ad consequendum quod suum est, & compellendum aliquem ad complendum id, ad quod actione constringi non potest; concedi solet. *c. 2. de offic. Judic. l. Quintus. ff. de annuis legat. ubi Bart. num. 1. Surd. de aliment. tit. 3. quæ. 3. num. 24. & consil. 528. num. 20.*) & sic eos ad solutionem quar-



ta decimarum non exactarum compellerent per Rectorum malitiam aut negligentiam, jus suam amittant: Socin. *Fun. conf.* 52. num. 3. lib. 2. Natta *conf.* 534. num. 6. Roland. *conf.* 1. num. 55. vol. 1. ipique Parochiani locupletentur. Imol. *in c. licet causam.* 23. num. de probat. Felin. *in c. ex parte d.* 2. num. 18. de offic. Jud. deleg. Nevizan. *conf.* 20. num. 24. *Barbar. conf.* 6. in *fn. lib.* 1.

5 Quae obtinent, dummodo Quarta Decimarum non fuerit praescripta. Potest enim Rector Ecclesiae ab impetitione Episcopi quadraginta temporis praescriptione se tueri. *d. c. de quart. & c. illud. de praescrip. Abb. in conf.* 31. circ. *fn. part.* 1. & *conf.* 26. num. 5. *part.* 2. *Leo. d. lib. num.* 33.

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32

## TITULUS XII. De Charitativo subsidio.

### SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Collatio Extraordinaria qua ab Episcopis indicitur, appellatur subsidium Charitativum. | 7. Non Pralati Episcopi inferiores.       |
| 2. Cur Subsidium.   | 8. Nec Abbates vel Priores.               |
| 3. Quomodo impetrabant illud Episcopi olim.   | 9. Potest Coadjutor.                      |
| 4. Quomodo hodie: An licite.  | 10. Causa exigendi esse debet, Et qualis. |
| 5. Quantitas merito non definita.   | 11. Rationabiles qua.                     |
| 6. Qui illud praeter Episcopos possint exigere.   | 12. Quoties exigi possit.                 |
|   | 13. Qui ad illud solvendum tenentur.      |
|   | 14. An monasteria.                        |
|   | 15. An hic curvat praescriptio.           |



**N**dicitur nonnunquam ab Episcopis Collatio Extraordina-  
ria, *ἡ δὲ τῆς χάριτος* nomen habens, quasi *Charisterium* quod-  
dam sponte potius oblatum, quam vectigal vi extortum ac  
expressum: *c. in parte. de censib. Charitativum Subsidium,*  
seu *Charitatis auxilium* appellant. *Hofstiens. & alii in c. conquerente. de*  
*offic. Ordin. Tambur. de jure Abbat. tom. 3. disp. 10. qu. 1. num. 1.*

*Subsidium* rectè; quia sicut Subsidiaria actio non datur, nisi de-  
ficiente propria & speciali; *S. fin. Inst. ad leg. Aquil. §. fin. Inst. de Inter-*  
*dict. ita subsidium Charitativum non petitur, nisi propriae Ecclesiae re-*  
*ditus non sufficiant pro oneribus incumbendis. Bellencin. tract. de*  
*Charitat. subsid. qu. 14. Guido Papa decis. 37. Azor. Inst. moral. part. 2.*  
*lib. 9. cap. 14. quest. 2.*

Impetrabant illud olim Episcopi precibus ac suasionibus, non  
potestate & Imperio indicebant: ut nunc fieri assolet.

Episcopi enim, & Praelati Superiores, licet, ut putant, cogunt da-  
ta causa, subditos, ad illud; quò suis consulant necessitatibus. *d. c. con-*  
*querente. in fin. c. cum Apostolus. 4. §. prohibemus etiam. de censib. & ibi*  
*Dd. Bellencin. d. tract. qu. 1. num. 1.* Rationes adferunt: sed fatiscen-  
tes.

Quantitas ejus, meritò, jure non est definita. *Cardin. in d. c. cum*  
*Apostolus. num. 4. vers. septimo quaro. Dominic. in c. felicis. num. 6. de*  
*censib. lib. 6. Menoch. de arbit. casu 178. num. ult. Nihil facit Extrav.*  
*Benedicti XII. incipit, Vas electionis. Quia non recepta. Menoch. d. loc.*  
*num. 1.*

Exigere, praeter Episcopos, possunt hoc subsidium: 1. *Papa* ab omni-  
bus Clericis & Ecclesiis. *Bellencin. d. cap. 1. num. 2. Azor. d. lib. 9. cap.*  
*14. qu. 5. in princ. cum quia omnium beneficiorum habet administra-*  
*tionem: c. 1. de prabend. in 6. Clem. 1. Ut lite pend. tum quia est, ut*  
*volunt, Dominus & Ordinarius Ordinariorum: videat. tract. noster de*  
*Person. Ecclesiast. lib. 1. tit. 3. num. 6. Nec quem liberat generalis ex-*  
*emptio: Joan. Andr. in c. cum instantia 16. de censib. Cochier. de juris-*  
*dict. Ordinar. in exemptos. part. 4. qu. 7. Omnino privilegium speciale:*  
*Bellencin. d. tract. qu. 58. num. 3. Si probetur. d. c. cum instantia. c. acce-*  
 *dentes: de prescript.*



2. *Cardinales*, ab Ecclesiis titularum suorum: *Monach. in cap. 1. de minor. & obed. in 6. Bellencin. d. tract. qu. 3. Azor. Inst. Moral. lib. 1. cap. 14. qu. 5. vers. queres.* cum in iis habeant jurisdictionem: *vid. tract. nostr. de personis Ecclesiast. lib. 1. tit. 4. num. 14.*

3. *Pape Legatus*, ab Ecclesiis provinciae sibi delegata: *Bellencin. d. tract. qu. 12. Azor. d. qu. 5. vers. quid dicendum.* Cum in ea potest quae quilibet Ordinarius. *vid. tract. nostr. de person. Ecclesiast. lib. 1. tit. 3. num. 9. vers. tertio, quod.*

4. *Patriarcha, Primas & Archiepiscopus* tantum ab Ecclesiis suae Diocesis; non aliis suae provinciae: Quia in Suffraganeorum suorum subditos, regulariter non exercent jurisdictionem; nisi in casibus nec expressis. *can. conquestus. 9. qu. 3. c. duo simul. 9. de offic. ord. c. secus non.* 8. *in fin. de excessu. Pralat. c. 1. in princ. de foro compet. in 6. c. 2. de suppl. neglig. Pral. in 6.* Inter quos charitatis exactio non reperitur. *vid. nostr. tract. lib. 1. tit. 2. num. 13.* Ergo. *Bellencin. d. tract. qu. 2. num. 1. Azor. d. cap. 17. qu. 5. vers. sed dubia questionis est. Menchi. de arbitrio. casu 178. num. 1. Barbosa. Jur. Eccles. Univ. lib. 3. cap. 21. num. 1. cum seq. 1. de personis Ecclesiast. lib. 1. tit. 4. num. 14.*

7 Non possunt hoc subsidium exigere Praelati Episcopo inferioribus ab Ecclesiis sibi subjectis; *d. c. cum Apostolus 4. §. prohibemus. vers. Archidiaconi.* citra privilegium vel consuetudinem. *Archidiacon. in can. juxta sanctionem. 16. qu. 1. Hostiens. & alii. ibid. Abb. in d. c. cum Apostolus. num. 6. & Cardin. num. 2. Bellencin. d. tract. qu. 4. de offic. Pral. Azor. d. c. 14. qu. 5. vers. quid dicendum. Tamburin. de jurc. Abbat. num. 3. disput. 10. qu. 2. num. 1.*

8 Nec Abbates vel Priores ab Ecclesiis secularibus, vel Regularibus Monasteriis sibi non pleno jure subjectis: *Bellencin. d. tract. qu. 5.*

9 Potest Coadjutor seu Administrator Episcopo vel Ecclesiae Cathedrali vacanti, datus per Papam. *not. in c. is cui de elect. in 6. & in can. in fin. de suppl. neglig. Pral. in 6. Bellencin. d. tract. qu. 8. Ut & Ecclesiae Cathedralis Commendatarius perpetuus. Bellencin. d. tract. qu. 6. Azor. d. nu. 3. vers. Commendatarius. Tambur. d. disp. 40. qu. 2. num. 5.* Non Episcopi Vicarius generalis; nisi ex speciali mandato. *Bellencin. d. tract. qu. 21. Azor. d. cap. 14. qu. 5. vers. Vicarius.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV

32



*Causa* exigendi debet esse; eaque manifesta & ne subditi graventur plus, quam par est; *rationabilis*. d. c. cum *Apostolus*. §. *prohibemus*. v. *sustinemus*. d. c. *conquerente*. fac. c. *non minus*. 4. *vers.* quocirca. de *immun. Eccles.*

Quia talis, arbitrio Judicis relinquunt Doctores. *Gloss.* in d. c. cum *Apostolus*. *vers.* *sustinemus*. *verb.* *rationabilis*. & ibi *Abb.* num. 4. *Cardinal.* num. 2. *Anton.* num. ult. *Card.* in *Clem.* 1. §. 1. num. 4. de *excess. Prælat.* *Bellencin.* d. tract. qu. 16. num. 2. *Menoch.* d. casu. 178. num. 2.

*Rationabiles* tamen esse causas volunt præcipuè sequentes: I  
Nempe 1. *Episcopi consecratio* & *Bullarum expeditio*; *Grammat.* *decis.* 88. *Riccus* in *collect.* *part.* 1. *collect.* 52. 2. *Debitorum pro Ecclesiæ jure tuendo contractorum exsolutio*; *Butr.* & *Imolin.* d. c. *conquerente*. *Piasec.* in *praxi* *Episcop.* *part.* 2. *cap.* 2. num. 11. *Azor.* d. c. 14. qu. 4. in *princ.* 3. *Expensæ in negotiis totius diocesis communibus pertractandis, factæ*; *Azor.* d. cap. 14. qu. 4. *vers.* *secunda*. 4. *Impensæ in Ecclesiæ fabricam aliamve ejus publicam utilitatem*; *Oldrad.* *conf.* 140. *Bellencin.* d. tract. qu. 19. *Tambur.* d. disp. 40. qu. 3. num. 5. 5. *Iter ad Papam, Imperatorem seu Regem ob suæ Ecclesiæ vel Diocesis commune bonum*; *Innoc.* in c. 1. circa *fin.* de *statu Monach.* *Bellencin.* d. tract. qu. 2. *Azor.* d. qu. 4. *vers.* *quarta*. *Menoch.* d. casu. 178. num. 9. & 10. 6. *Visitatio liminum Apostolorum*; *Bellencin.* d. tract. qu. 20. *vers.* *vel quando*. *Piasec.* d. cap. 2. num. 11. 7. *Iter ad Concilium Provinciale*; *Bellencin.* d. tract. 21. *Jacobat.* de *Concil.* lib. 1. art. 5. *Piac.* d. loco. *Tambur.* d. disp. 10. qu. 3. num. 7. 8. *Impensæ necessariae factæ in adventu Imperatoris, Regis vel Principis*. *Bellencin.* d. qu. 21. *Azor.* d. cap. 4. *vers.* *septima*. *Barbos.* d. loco à num. 24. I 2

Exigi potest *Charitativum subsidium* toties, quoties *rationabilis* causa subest. *Bellencin.* d. tract. qu. 23. *Azor.* d. cap. 14. qu. 8. *Remig.* de *Goner.* tract. de *charitat. subsid.* qu. 32. I 3

Ad illud solvendum tenentur; 1. *Clerici, ratione tantum suorum beneficiorum, & de eorum fructibus & redditibus*; d. c. *conquerente*. d. c. cum *Apostolus*. *Navar.* *conf.* 10. in *antiqu.* *Remig.* d. tract. qu. 37. cum *seq.* & qu. 40. & 41. *Bellencin.* d. qu. 31. num. 1. & 2. & qu. 34. *princ.* *Azor.* d. cap. qu. 6. scilicet si & hi commodum & honestum vicium excedant: *Bellencin.* d. tract. qu. 30. *Quaranta in sum.* *Bullarii.* *verb.*

Con-



Concilium Provinciale. num. 8. 2. Pensionarii pro rata pensionis: *fac. tua nobis. 26. prope fin. de decim. Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 18. vers. ad hanc. Bellencin. qu. 37. Gigas de Pension. qu. 38. Azor. d. cap. 14. qu. 6. vers. si querat. Barbof. d. loc. num. 39. cum seqq. Nisi ex auctoritate Papae assignata: Tamburn. d. disp. 10. qu. 1. num. 7. Non Curici de distributionibus quotidianis: cum appellatione fructuum, de quibus solvendum subsidium, non contingantur. Bellencin. d. tract. qu. 76. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. num. 147. Monet. de distribut. quotid. part. 3. qu. 9. à num. 19. Trullench. in Decalog. lib. 1. cap. 3. dub. 17. num. 5. 3. Tenentur Hospitalia, si auctoritate Episcopali data sint, & beneficii ritulum habeant; aliàs non: Bellencin. d. tract. qu. 38. Azor. d. cap. 14. qu. 6. vers. sic si regn. 4. Capitulum seu Ecclesiae Cathedralis Canonici: arg. c. cum non liceat. de prescrip. c. requisisti de testam. Bellencin. d. tract. qu. 27. Remig. Gouin. in sim. tract. qu. 38. Monet. d. qu. 9. num. 20.*

14 Non tenentur Monasteria: Joan. Andr. Burrio, Imola in c. illud. de offic. Ordin. Innoc. in c. 1. de statu Monach. Bellencin. d. tr. qu. 26. Remig. d. tract. qu. 21. Fr. Emman. quest. regular. tom. 2. qu. 66. art. 1. & 2. Cum à Legè Dicoesana, (de qua exactio hæc: Bellencin. qu. 23. Cochier. d. tract. qu. 25. num. 8.) sint exempta. can. ne pro cuiuslibet. 16. qu. 1. d. c. 1. de statu Monachor. Nisi habeant Ecclesias seculares subiectas, jura Episcopalia ante subiectionem solvere solitas: c. pastoralis de decim. c. quia monasterium. de relig. domib. Cochier. d. num. 9. vers. immo primò. Tambur. d. disp. 10. qu. 4. num. 6. vers. nec obstat. Nec Equites Melitenses: S. Congregatio in Augustana 4. Decemb. 1630. Barbof. d. loc. num. 52. Nec Ecclesiae specialiter exemptæ: Cardin. in Clem. frequens. §. nonnulli. in 3. oppos. de excess. Pralat. & ibi Ancharan. in Vers. Bellencin. d. tract. qu. 32. Cochier. d. tract. part. 4. qu. 9. per totam. Nisi habeant populum non exemptum: Bellencin. d. qu. 32. num. 5. vers. & pro talibus. Cochier. d. qu. 9. num. 2.

15 Contra Charitativi subsidii exactionem non currit præscriptio. Cum sit facultatis. Innoc. in c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. c. 1. c. bona. ill. 2. de postul. Pralat. & Charitatis. Bellencin. d. tract. qu. 50. Azor. d. cap. 14. qu. 7.

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV  
32



## TITULUS XIII.

## De Procuracione.

## SUMMARI A.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>Procuratio sumta olim pro annona, nec non pro lustrali sacrificio.</i> | 13. <i>Cur habendaratio visitati.</i>                         |
| 2. <i>Hic quomodo.</i>   | 14. <i>Cur consuetudinis.</i>                                 |
| 3. <i>Dispensa: ab aliis, Circada appellatur.</i>                            | 15. <i>Cur refectionis.</i>                                   |
| 4. <i>Debetur Ordinariis visitationibus.</i>                                 | 16. <i>Quae Ecclesia debent procuraciones.</i>                |
| 5. <i>Non olim.</i>  | 17. <i>Qui Clerici.</i>                                       |
| 6. <i>Sed postea.</i>  | 18. <i>Quando &amp; quamdiu.</i>                              |
| 7. <i>Ex Concilio aliqui modum imposuerunt.</i>                              | 19. <i>Tantum unam.</i>                                       |
| 8. <i>Cur Concilium utatur erectionis voce.</i>                              | 20. <i>Quid si Ecclesia visitata solutioni non sufficiat.</i> |
| 9. <i>Quae praestabantur eo nomine.</i>                                      | 21. <i>Debitam remittere an possit visitans.</i>              |
| 10. <i>Quales debent esse Procuraciones.</i>                                 | 22. <i>Contra procuracionis onus an currat prescriptio.</i>   |
| 11. <i>Cur habendaratio personae visitantis.</i>                             | 23. <i>Ab eo liberat privilegium Apostolicum.</i>             |
| 12. <i>An debentur Papa visitanti.</i>                                       | 24. <i>Visitatio semel eo anno ab eodem facta.</i>            |

[Kkk]

Pro.



**P**rocuratoris vox sumitur, pro annona, seu ciborum copia. Quod sit corporis curatio. Unde Procurandi verbum Latine melioris aevi usum notum; pro eo quod est epulis excipere. L. Accius apud Macrobi. 1. Saturnal. cap. 7. *Exercent epulis lati, famulosq; procurant Quisque suos.* Et inde Virgilius, *Aeneid. Quod superest lati bene gestis corpora rebus, Procurete Viri.* Quo sensu etiam, Ne Clerici commatres procurent, dixit D. Augustinus; vel Alius, quisquis est, ad Fratres in Eremo serm. 36. *Non enim debet, qui animarum curam gerit, transire de domo in domum, non frequentare foras cum rusticis, non mercantias acquirere, non commatres procurare &c.* Et Legatos procurare dixit Eckardus Junior. *de casu Monastic. S. Galli cap. 10.* apud Goldastum: *Intio tandem consilio inuenitur Ruodmanno Legatos Regios in locis nominatis euntes procurare, & deuntes.* Ita & Procurator sumitur pro eo qui ministrat sumptuum & annonam. Robertus Montensis in Chronico ad Annum M. C. LXXX. *Huic solemnitati interfuit junior Rex Anglorum, cum magno comitatu equitum, qui tanta secum exiisse Parisi tulit, ut nullius nec in ipsa firmitate, nec in ipso itinere susciperet Procuratorem.* Fuit & Procurator sumptuum pro lustrali, seu piaculari sacrificio. Cicero lib. 1. de divinatione. *Scriptura multis est, cum terra motus factus esset, ut Sae plena procurator feret, vocem ab aede Junonis ex arce extitisse.* Et Aulus Gellius lib. 4. Noct. Atticar. cap. 6. *Ut terram movisse nuntiari solet, eaq; res procurantur.* Et mox: *Ejus rei causa Senatusconsultum factum est, ut M. Antonius Consul hostiis majoribus Jovi & Marti procuraret.* Et latius Procuratoris nomen pertinet ad sacrificia, ludos, Deorum cultus ceteros, quasi his Dii curentur. Arnobius lib. 7. aduers. Gentes: *Quod ut non feret, si sacrificia, si ludos, ceterosq; aspernentur. Dii cultus, non se honorari eorum procuratoribus ducunt.*

2 Hoc iure Canonico, (ut ad institutum redeam;) Procurator est, sumptuum exhibitio, Praelatis Ecclesias visitantibus debita. c. cum. Ap. stolus 6. c. ea que. 12. d. c. procuraciones. 39. cum seq. eod. c. 1. eod. in 6.

3 Dispensam vocat Capitulare Caroli Calvi: *tit. 11. cap. 3.* Concilium Tirinense habitum Anno DCCC. LV. alii Circadam à circando: Fulbert.

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



bert. epist. 110. *Jubes in chye Praesul, nos dare tibi Circadas de Ecclesiis nostris, quae sunt in Episcopio tuo. & Ivo Carnotens. epist. 286. Nec non & Ecclesiam de Mundanis villa liberam à Synodo & Circada. Et Hincmarus Rhemensis, epist. ad Ludovicum Balbum cap. 8. Ut Ecclesia in isto Regno per occasionabiles circadas, & per indebitas consuetudinarias exactiones ante annos viginti impositos non affligantur.*

Debetur Ordinariis ratione visitationis, c. conquerente. de offic. 4  
ordin. d. c. procurationes. c. cum ex officio. de prescript. Legatis Apostolicis, jure Legationis. c. accedentes. eod. c. cum instantia. de censib. Clem. 1. eod. Ne eis, si peregrinari deberent suis sumptibus, officium suum esset damnosum. contra l. sed si quis. 7. ff. testam. quemad. aper. aspice. & l. si servus. 61. §. quod verò. 5. ff. de furtis.

Melioribus Ecclesiae temporibus Episcopi dioecesim, visitationis 5  
caussa, obeuntes, vix quicquam exigebant ab Ecclesiis Dioecesanis cum memores exempli Apostoli Pauli, qui ne Ecclesiis esset gravis, labore proprio consulebat suis necessariis: tum praecepti Dei, à quo missus ad Samaritanos Propheta vetitus, ne quicquam ab his attingeret. Insinuat hoc aperte D. Augustinus lib. contra Donatist. post collat. cap. 20. *Quod ergo iussus est quidam Propheta, nec panem manducare, nec aquam bibere in Samaria quo missus fuerat, ut corripere eos qui vacas constituerunt adorandas, more Idolorum Aegyptiorum; hoc omnino facere debuit quod praeceperat Dominus, uti tunc eo modo illos corripere placuit, ut nihil ibi alimentorum tangeret Propheta quem miserat; Numquid enim in Ecclesia non sit quotidie, quando eos quos acrius corripimus, etiamsi in eorum possessione sumus, nihil ibi apud eos contingimus, ut sentiant quantum eorum peccata doleamus.*

Labante zelo Veterum Patrum, Episcopis dioecesim lustranti- 6  
bus, sumptum & annonam suppeditare iussi sunt Clerici & Abbates. Concil. Emeritens. can. 11. sic: *Placuit huic Sancto Concilio, ut tam à Presbyteris, quam ab Abbatibus, sive etiam à Diaconibus, Episcopo honor debitus impendatur, ut à nullo contumeliam pati videatur; & quandocumq; contigerit eum juxta canonicam sententiam visitare suam parochiam, & digne cum suscipiant, & prout habuerint, aut ratio permiserit illi praeferent que fuerint necessaria.* Et Concil. Sueffionense, habitum sub Pini-  
[Kkk] 2 pino



pino anno Dom. DCC. XLIV. Et quando jure Canonico Episcopus elegerit Parochiam ad confirmandum Populum, Abbates, vel Presbyteros parari sint ad suscipiendum Episcopum in adiutorium necessitatis.

7 Episcopis verò nimium Ecclesias visitationis sumptu onerantibus, modus impositus, & ne judiciaria cum invectione, id est conventionem per excutorem, sed cum charitate iusta stipendia exigant, cautum Concil. Cabillonens. II. can. 14. ubi: *Cavendum est, ne, cum Episcopi parochias suas peragrant, quandam damnosam erga subditos seu erga suos tyrannidem exerceant, nec, (quod absit) cum charitate, sed cum quadam judiciaria invectione stipendia ab eis exigant.* can. cavendum. 10. q. 3. Ne Episcopi per Parochias hostilem in modum deserviant; Neve Clericos angariis & indictionibus exhauriant: ne potius videantur esse Exatores quam Pontifices: vetuit Concil. Toletan. III. can. XX. *relat. in can. quia. 6. d. caus. & quest.* Et idcirco in Concilio Lateranensi, habito sub Alexandro III. Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Antistitibus majoribus Parochias visitantibus certus Evectionum numerus attribuitur. Nempe quadraginta vel quinquaginta Archiepiscopis, viginti vel triginta Episcopis, Cardinalibus viginti quinque, Archidiaconis quinque vel septem, Decanis subjectis Episcopis duarum. *c. cum Apostolor. 6. de procurationes. 23. de censib. exaction. & procurat.* Excedentibus eum numerum impune resisti potest. *c. cum ad quorundam. 7. de excessu. Pralat.*

8 Utitur Concilium Evectionis voce: Sicut enim Evectionis erant litteræ, seu Codicilli, quibus concedebatur cursus publici usus; *63. Cod. de cursu publico. ubi vid. Enarrat. nostram:* D. Hieronymus in hylarione. *Secretò ab Imperatore Evectionem petit.* D. Augustinus lib. 5. Confess. cap. 13. *Itaq. posteaquam missum est à Mediolano Romam ad Prefectum Urbis, ut illi Civitati Rhetorica Magister provideretur, imperitiam evectione publica.* Idemque epist. 55. *Frater Zenobius Magister memoria factus est, & misit nobis Evectionem cum annonis.* Symmach. lib. 1. Epist. 15. *Accepi Evectiones quatuor, immane quantum committas in excursus & recursus meorum.* Gregorius Turonensis lib. 9. cap. 9. *Datalitteris, & pueris destinatis cum evectione publica; ita & procurationes erant quedam litteræ, seu tractoria, quæ pueris & pueris, in quibus*

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



bus Erectionum modus continebatur pro ratione & conditione visitantium. *Capitul. Caroli Magni lib. 4. cap. 69.*

Præstabatur hoc Procuracionis nomine præter equorum pabula, 9 cibi etiam necessarii: non epulæ solennes: *d. c. cum Apostolus 6.* sed pro mediocritate cuiusque loci. *can. ult. 10. qu. 3.*

Dein etiam multo diligentius cautum, quis panis, vini, & cæterorum modus Episcopis visitationis nomine, ministrari deberet. Capitulare Caroli Calvi conditum apud Tholosam cap. 15. *Ut unum modium frumenti, & unum modium hordei, atque unum modium vini, cum mensura qua publica & probata, ac generali, seu legitima per civitatem & pagum, atque viciniam habetur, Episcopi à Presbyteris accipiant, & friscingam (est perna, seu armus porci, vel apri, alteriusve fera vel pecudis. Civonius in observat. Juris Canon. lib. 1. cap. 5.) seu valentem denarios, aut sex pro ea denarios & non amplius exigant.* Et Concilium Ticinense can. XV. *Statuimus etiam, ne Episcopi, quando pro confirmando populo Parochias circumveant, Archipresbyteros suos gravent, ut hujusmodi dispensa contenti sint; panes centum, friscingas, quatuor, vini sextaria quinquaginta, pullos septem, ova quinquaginta, agnum unum, porcellum unum, annonam ad caballos modios sex, mel, oleum, cera quod sufficit.*

Breviter; Procuraciones debent esse moderatæ & honestæ, habitatio persona & Dignitatis visitantis, *d. c. cum Apostolus. 6. c. 1. §. procuraciones. de censib. & c. in 6. & opum ejus qui visitatur; Gloss. in d. c. cum Apostolus. verb. sumptuosus. & consuetudinis ratione; Joan. Andr. & Goffred. in cap. cum secundum. 16. de prebend. prout necessaria visitantium & suorum refectio postulaverit. c. sopita. 14. in fin. c. cum instantia. 17. vers. sanè. c. cum venerabilis. ad fin. cod. d. c. conquerente. de offic. Ordin. can. ult. prope fin. 10. qu. ult.*

Dixi; *habita persone & dignitatis visitantis ratione:* Alia enim debentur Episcopo diocesani; alia Archiepiscopo Provinciam perlustranti: *d. c. cum Apostolus. c. sopita. c. nuper. de censib. c. cum ex officii. de prescript. c. cum à nobis. de arbitr.* Alia Legatis & Nuntiis Sedis Apostolicæ: *c. cum instantia. c. procuraciones. de censib. c. accedentes. de prescript.* Alia inferioribus Prælati, Archidiaconis & Decanis: *d. c. cum Apostolus. d. c. procuraciones. c. mandamus. de offic. Archidiacon. Hincmarus*



marus in Capitulis quæ dedit Archidiacon. cap. 1. *Et vos quando visitationes parochias vobis commissas, vel mecum, vel per vos circuitis, sint & ego, non graves sitis, Presbyteris paratis querendis, neque ducatis se perflue vobiscum homines, vel vestros proprios vel proprio quos vestros, per quos illos gravetis in cibo, vel potu, & fodro ad Caballos.*

12 An procuraciones visitationis nomine ipsi Romano Pontifici debeantur per Orbis Christiani provincias, cum nihil hac de re in Concilio Lateranensi, vel aliis locis sit expressum: si quaras: dicendum par esse, ut ipse Ecclesiæ Princeps non sit deterioris conditionis quam Antistites ceteri. Quod nihil ea de re sit expressum factum constabit ut constaret apud omnes Pontifices Romanos, non laborare de commodis suis, nec sibi leges dicere, sed Ecclesiæ. Papa tamen Johannes VIII. cum venisset in Galliam positus in angustiis, ab Episcopis Regni procuraciones & stipendia exegit. Aimonio Continuato. lib. 3. cap. 3. sic: *Ludovicus autem mittens ei quosdam Episcopos petiit, ut in synodo veniret, ibique ab Episcopis istius regni, stipendia sibi dari fecit. Venit & Trevis Concilium habuit, & ab Isaacio Lungonense Episcopo ad illud vocato, petiit ut congrua sibi per diocesim hospitia pararet. Auctor ipse Pontifex epist. XCVI. Quapropter Domino auxiliante apud Trevis Synodum sumus celebraturi, ad quam sanctitatem Tuam volumus omnino adesse; prius tamen venerabilitas Tua nobis Missos Carilonam dirigere studeat, qui iter nostrum recto tramite ad predictum dirigant locum, & per parochiam vestram nobis congruas mansionaticas preparate.*

13 Dixi: *Habita opum qui visitatur ratione:* Cum propter rectitudinem c. sopita. 14. ubi. in fin. secundum facultates eorum. & ibi Gloss. 1. d. c. cum Apostolus. vers. sane. & d. c. conquerente. ubi: pensatis facultatibus. tum ut vitetur iniquitas: & ne Ecclesia paupera, a que vel plus contribuere cogatur ad procuracionem, quam opulenta. d. c. cum Apostolus. vers. sane.

14 Dixi: *habita consuetudinis ratione:* Debentur enim aliquando procuraciones ex foundationis Lege, vel ex consuetudine: can. Eleutherius. can. servitium. 18. qu. 2. c. quanto. 16. de censib. Etiam Laicis fidelibus. can. possessiones. 16. qu. 1. Ut quondam Abbas Cluniacensis suis municipibus. Robertus Montensis. in Chronico. *Walterius Cluniacensis*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiæ

G IV.  
32



niacensis Abbas fecit & aliud mirabile, quia septies viginti procuraciones quas Burgenfes ex consuetudine habere solebant ex donis Abbatum penitus debet.

Dixi: prout necessaria &c. Cum ut rejicerem epulas: d. c. cum 15  
Apostolus in princ. vers. Nec sumptuosas. ibi Gloss. & Dd. D. Hieronymus in Micheam ad cap. 2. relat. in can. Ecclesia. 4. dist. 35. dicit: Ecclesia Principes, qui deliciis affluunt, & inter Epulas atque delicias pudicitiam servare se credunt, propheticus sermo Micha describit: quod ejiciendi sint de spatiofis domibus, lautisque conviviiis, & multo labore epulis conquisitis, & ejiciendi propter malas cogitationes & opera sua. Et, si vis scire, quo ejiciendi sunt: Evangelium (Matthai 22.) lege: in tenebras scilicet exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, &c. tum ut significarem refectionem illam in victualibus, non verò in pretio pecunia numerato, exigi posse Ecclesiis in vitis: c. 1. §. procuraciones. ibi in victualibus expensas tantum recipiat. c. de censib. &c. in 6. imò nec volentibus, secund. c. exigit. 2. vers. statimus. eod. in 6. Secundum cap. verò 3. eod. hoc permissum. Vetitum per Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. vers. exceptis tantum, & vers. si tamen.

Debent procuraciones Ecclesie omnes quæ visitantur: nisi pri- 16  
vilegio Sedis Apostolicæ sint exemptæ: c. cum instantia. 17. in princ. eod. c. accedentes. 11. de præscription. c. Clem. 1. de censib. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 43. Barbof. Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 22. num. 27. etiam civitatenfes; etsi sine sumptu vi resolutionis munus expeditur: c. venerabili: 24. ubi Abbas de censib. &c. quia procuratio exfolvitur non solum ob visitationis operam, sed & in signum & professionem subjectionis. Alteserra. dissertat. Juris Canonici lib. 4. cap. 5. etiam monasteria; c. sopita. 14. de censib. c. Romana. §. deinde liceat. eod. in 6. c. cum ex officii. de præscription. nisi speciali privilegio Apostolicæ Sedis fuerint exemptæ: c. & §. 1. & ult. de censib. in 6. Etiam Capellæ in Collegiatis Ecclesiis positæ. Maria in tract. de visitat. cap. 85. vers. 5. Non Oratoria, Hospitalia, & alia pia loca, Ecclesiastica auctoritate erecta: c. ult. eod. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 42. qu. 1. Novar. in opusc. Novi Jur. Pontif. conclus. 5. num. 5. Riccius in praxi rer. fori Eccles. part. 4. resol. 151. licet visitari possint, nè inhonestè tractentur: arg-



arg. c. 3. de relig. domib. Cardin. in Clem. quia contingit. num. 15. col. Valasc. conf. 105. num. 46. Quia nullibi in jure hoc expressum; Barboz. lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 22. num. 16. Quia, licet subiciantur Decretalis quoad jura Episcopalia, c. de Monachis. 12. deprehend. can. anno Basilic. 16. qu. 7. tamen cum loca iis deputata, ad alios pios usus destinata, procurationis onere similive debent merito esse libera. Barboz. d. loc. num. 16. Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. visitatio. vers. septimum dubium. post Federic. de Senis. conf. 105. Sylvestr. in sum. verb. hospitalale. num. 16. §. 9. vers. quintum. Non Ecclesie pauperes: Sylvestr. d. loco. §. 5. & Zerola d. loco.

17 Procurationes debent Clerici, licet ad alium locum è domo sint evocati: Gloss. in c. 1. vers. visitatus. de censib. in 6. ubi Innocent. & Hostiens. nisi sint pauperes: fac. can. cavendum. 10. qu. 3. Hospitalale sum. tit. de offic. Archidiacon. §. quod sit ejus officium. num. 4. Non debent Laici: Gloss. in cap. 1. in princ. verb. Laicos. de censibus. & c. in 6. Hostiens. Monach. Domin. in d. c. 1. in princ. num. 9. Quia nullibi coram sed ubique Clericorum & Ecclesiarum fit mentio. maxime in c. cum instantia. §. sane in his exigendis. eod. c. conquere. ibi: pensatis facultatibus eorundem. de offic. Ordin. c. 1. §. deinde. ibi: à locis tantum recedere visitatis. de censib. in 6. c. cum Apostolus. 6. ibi facultatibus Ecclesiarum. c. sopita. ibi: secundum facultates: ubi Gloss. eod. extr. un. §. ita quod & §. nostra. eod. in com. can. inter cetera. can. illud. 10. qu. 3. Quia visitatio est onus reale super beneficio. Non obstat: Quod textus videtur velle: ut sumptus victualium præstentur à visitatis. c. Romana. §. de inde. de censib. in 6. c. si Episcopus. de offic. Ordin. Jud. Ordin. can. cavendum. 10. qu. 3. Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 4. Quia id debet intelligi de Clericis visitatis; ut ex allegatis juribus patet, & præsertim ex c. exigit. de censib. in 6. in verb. quousque de populo hujusmodi gratias Ecclesie plenariam satisfactionem impendant, & c. c. felices. eod. in 6. ubi Gloss. loca visitata interpretantur Ecclesias. in verb. persolvendum. Græcol. decis. Dolana. 119. Vallensis in parat. tit. de censib. §. 14. num. 2. Df. Gloss. ult. in can. placuit 10. qu. 1. Gloss. verb. subditos. in can. cavendum. 10. qu. 3. Archidiacon. Joan. Andr. Imola. alique.

18 Procuracionem debent Loci vel Clerici sed visitati; c. 1. post priam

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV  
32



& *vers. deinde. ibi à locis tantum recipere visitatis. de censib. in 6. ubi Domin. num. 3. Franch. num. 2. notab. 3. non alii. Gloss. ult. in d. c. sopita. 14. de censib. com. recepta per Da. ibid. Gloss. 2. in can. visitandi. 18. qu. 2. Abb. num. 17. Cardin. oppos. 11. Paris. num. 11. & alii in d. c. cum ex officii. Et Omnes tandem, quoad visitationis officium est perfectum.*

Visitator non nisi unam procuracionem, licet plura loca visitat, <sup>19</sup> eadem die percipere potest. *d. c. Felicis. 3. de censib. in 6. Et licet plures in anno visitaverit, non potest nisi unam accipere procuracionem. fac. d. c. conquereute. ibi, visitationem annuam: & non amplius probat can. relata. can. decernimus. 18. qu. 1. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. Barbosa. Jur. Eccles. lib. 3. cap. 22. num. 10. cum seq.*

Si Ecclesia visitata procuracioni solvenda sola non sufficiat vicinarum Ecclesiarum suppetiis, pro cuiusque Ecclesie redditibus utetur. *d. c. cum instantia. 17. vers. sane. c. procuraciones. 23. de censib. Clem. 2. eod. & ibi Imola. Si nullis vicinorum symbolis, aut paucis adjuvari possit, visitantis erunt partes suis sumptibus hoc munus absolvere; si modò & ipse hoc prestare possit. Gloss. Joan. Andr. & alii in d. c. procuraciones. 23.*

Procuracionem hanc ratione visitationis sibi debitam remittere potest Visitans, sed non pro annis futuris: *Gloss. verb. penitus. ibi: sed non est verum. in d. c. cum officii. de prescript. arg. c. cum venerabilis. 16. de censib. & ibi Abb. num. 12. cum seqq. Imol. Felin. num. 7. cum seq. Marian. de visitat. num. 57.*

A procuracionis onere, Jure communi debito, visitandi onere <sup>22</sup> monente, immunem se esse nullus subditijs prescriptione se tueri potest. *d. c. cum ex officii 16. de prescript. d. c. cum instantia. 17. quemadmodum nec contra visitationem ipsam. d. c. cum ex officii. Marian. de visitat. num. 7. Fusc. de visitat. lib. 1. num. 16. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. visitatio. §. 6. dub. 8. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 42. qu. 13. & seq. Riccius. in d. praxi. part. 4. resol. 154. Barbof. d. loco. num. 26.*

Dixi; Jure communi debito: ut excludam procuraciones ratione visitationis jure speciali debitas: contra quas, visitationis potestare manente,



nente, currit prescriptio. *Marian. de visitat. num. 54. Felin. in d. cum ex officio. num. 15. Dias. reg. 604. vers. 6.*

Adiici: *visitandi onere manente; Quia eo sublato currit prescriptio: d. c. cum ex officio. ibi: quamvis alius contra eundem prescribere possit utramque: puta procuracionem & visitationem. Barbosa d. loc. num. 22.*

23 A procuracionis tamen onere liberat subditum privilegium apostolicum: *ut jam dictum. d. c. cum instantia. 17. vers. nisi forte. ibi: speciale privilegium. d. c. accedentes. II. ibi: per speciale. de prescripto. Clem. 1. eod. Azor. d. loco. Barbosa d. loco. num. 27. & 29. Ab. in d. c. accedentes. & Felin. num. 6. vers. quinto. Et in eius vim, prescriptio immemorialis: cum hæc privilegii loco habeatur & ut tale reputetur. l. 3. §. ductus aqua. ff. de aqua quodid. & stirv. c. super quibusdam. 26. §. pr. cetera. de verb. significat. Barbosa d. loc. num. 30. cum sequentes.*

24 Liberat etiam visitatio semel eo anno ab eodem Prelato facta, nec alteram ulla necessitate cogente: *Marian. d. tract. visitat. num. 66. & fructuum sterilitas enormis: can. relatum. 13. qu. 3. ubi Archid. & Gloss. fin. necnon contraria consuetudo. Concil. Tridentin. d. sess. 4. de reform. cap. 4. ubi vult visitationem gratis fieri; ubi est a consuetudine Vallens. in parat. in Decret. ad tit. de censib. §. 14. num. 4. Zypus. in d. Jur. Pontific. Novi. eod. tit. vers. procuraciones.*

## TITULUS XIV.

De Canonica Portione, seu Quarta  
Parochiali.

## SUMMARI A.

- |                            |                            |
|----------------------------|----------------------------|
| 1. Canonica portio debetur | 4. Quota.                  |
| Parochis.                  | 5. Qui eam debent.         |
| 2. Cur.                    | 6. Cui Ecclesia debetur.   |
| 3. Ex quibus rebus.        | 7. Quod si in una Ecclesia |

CORVINUS  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV

32



audiverit divina Pa- 9. *Qua actione eam petet*  
 rochianus, in alia per- *Parochus.*  
 ceperit Sacramenta.

8. *Quid si dubium, utrum*  
*debeat Episcopo, an*  
*Parocho.* 10. *De quibus rebus de-*  
*be...*  
 11. *De quibus non.*

**C**anonica Portio, ab alijs *Quarta Parochialis* dicta, est, quæ 1  
 Parochiali Ecclesiæ, vel ipsius Curato & Rectori debetur:  
 Idque propter onus, quod in Sacramentorum administra- 2  
 tione subit. c. 1. c. *relatum. c. de his. de sepultur. Novar. Fo-*  
*rens. quest. 22. num. 8. tom. 2. Roderic. in Compend. Quest. regular. reso-*  
*lut. 18. num. 1.*

Derahitur ex rebus sive corporalibus, sive incorporalibus, mobi- 3  
 libus, sive immobilibus, quæ quis ægritudine correptus, in alia Ec-  
 clesia, quam in qua officia divina audit, & Ecclesiastica percipit Sa-  
 cramenta, sepulturam sibi eligens, ei reliquit. Ratio est: Nè Recto-  
 res Parochialis Ecclesiæ, vel ii, quibus animarum cura est commissa,  
 debitis fraudentur subsidijs. *Clem. dudum 2. de sepultur. c. 1. & c. cum*  
*super 8. cum seq. c. de his. 3. de sepultur. can. 23. vobis. 12. qu. 2.*  
*Zachus de Republ. Eccles. capit. 28. de Parochis. num. 18. Caraccia*  
*in tract. de quarta funeral. cap. 1. Lavor. var. Lucubras. tom. 1. tit. 2.*  
*cap. 17. num. 33. Barbosa de officio & potest. Parochi. part. 3. cap. 25.*  
*num. 3.*

Est, de Jure quarta pars ejus quod est relictum. *d. c. cum super.* 4  
*d. Clem. dudum. 2. de consuetudine esse potest vel tertia, vel dimidia;*  
*can. antiquos. 10. qu. 1. c. certificari 9. eod. Lopus de canonica portione*  
*cap. 1. num. 4. Lavor. d. loc. num. 4. Roderig. in compend. quest. Re-*  
*gul. resol. 18. num. 1. modò, Consuetudo hæc sit rationabilis & legitimè*  
*spatio annorum quadraginta præscripta. Petrus de Ubaldis de Canon.*  
*port. part. 2. cap. 5. Mirandain man. Prælator. tom. 2. qu. 48. art. 5. concl.*  
*1. Barbof. d. loco. num. 2.*

Quartam solvere tenentur Rectores Ecclesiarum, omnes in qui- 5  
 bus



bus alterius Ecclesie Parochianus legatum relinquens, sepeliri voluit. *Zechus d. loco. Menoch. de presumption. lib. 1. presump. 109. num. 16. Fr. Emman. Quæst. regular. tom. 1. qu. 39. art. 2. in prin. Barbosa Jun. Eccles. iure. lib. 9. cap. 24. num. 31. Licet sint Religiosi, etiam Mendicantes. d. Clem. dudum. Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de reform. Ne si, privilegio, d. Clem. dudum non generaliter, sed specialiter, Per. de Ubaldis. de Canon. port. cap. 6. num. 8. per potestatem habentem concessio, fuerit derogatum. Fr. Emmanuel. d. qu. 39. art. 2. Caraccioli tract. cap. 1. Barbosa de offic. & potest. Parochi. d. loco. num. 7. Nisi portionem Canonica præscriperint. Alex. cons. 296. num. 15. cons. de præscrip. lib. 2. Sylvest. in Summ. verb. Canonica portio. num. 2. & 3. Lopus d. tract. cap. 2. num. 64. & 64. Petr. de Ubald. d. cap. 5. num. 3. & seq. & cap. 6. num. 34.*

In quartam non immutatur legatum æquivalens periculum necessitatum Ecclesie proprie Parochiali; ut volunt. *Fr. Emmanuel. d. qu. 39. art. 6. post Frederic. de Senis. cons. 3. Anton. Imol. Abb. in c. officii. de testam. Salyc. Alexand. & Corn. in Auth. præterea. Cod. unde vir. & uxor. Portell. in dub. Regul. verb. Canonica portio. num. 7. Roderic. in d. Lopus pend. quæst. regular. resol. 18. num. 8. Quia Ecclesie Parochiali legatum debetur; & portio Canonica integra. d. Clem. dudum. 2. §. 1. verum ibi: largiri integrè teneantur: ubi Gloss. verb. integrè. de sepulch. c. 1. ubi integraliter. eod. in 6. Quia Ecclesia extranea, est debita canonice exportationis. d. c. 1. Facit. c. requisisti. vers. secus autem. de testam. Et sic sentiunt Gloss. in d. verb. integrè. & Gloss. verb. largiri. in d. §. 1. verum Cardin. ibid. num. 20. Covarr. in c. officii. num. 6. de testam. alias num. 9. sub tit. de legator. imputat. in debit. in Antverpiensi edit. nota. Barbosa d. loco. num. 18.*

6 Quarta solvi debet (ut dictum) Ecclesie, in qua Parochianus consuevit audire officia divina, & recipere Sacramenta. *c. cum quibus de sepulch. in 6. Et sic, de Jure, Rectoribus Parochialium; d. Clem. dudum. §. verum. iis non existentibus. Vicariis perpetuis vel temporariis, etiam Sacerdotibus conductis, sed curam Parochianorum habentibus. d. c. requisisti. de testam. c. cum ex eo. de elect. Riccius in præsi. part. 4. resolut. 299. num. 4. Non Episcopis, nisi vel ex præscriptione, vel*

CORVINUS  
DE PERSONIS  
ET BENEF. ECCLESIAST.

G IV

32



ex eo, quod sibi reservaverint, quando exigentur parochia, in superioritatis signum. *Rota decis. 376. num. 2. & 3. Barbosa d. loco, num. 22.*

Quod si in una Ecclesia Parochianus solitus fuerit audire divina, 7  
in altera verò recipere Sacramenta, huic debetur quarta. *c. 1. de sepul-*  
*tur. Fr. Emman. d. quæst. 39. art. 5. Sylvest. in Sum. d. verb. canonica. por-*  
*tio. num. 11.* Præventioni tamen fortasse locus, si utraque habeat fu-  
nerandi jus. *arg. c. duobus. de rescript. in 6.*

In dubio, utrum debeat Episcopo an Parocho, preferretur hic, 8  
propter specialem curam, quam habet; & sic onus. *d. c. 1. Petr. de*  
*Ubal. d. part. 2. cap. 8. num. 14. in fin. Barbosa d. loco. num. 25.* Et *Fur.*  
*Eccles. univ. d. lib. 3. cap. 24. num. 25. Abb. in d. c. certificari. num. 11.*  
*de sepulchur.*

Unde Parochus eam petere potest tanquam debitum & laboris 9  
mercedem, quasi actione locati, *Federic. de Senis. cons. 3. num. 9.* vel  
conditione ex canone; vel actione ex testamento. *Petr. de Ubal.*  
*d. tract. cap. 3. num. 2. Lopus. d. tract. num. 56. Barbosa d. loc. num. 32.*

Debetur quarta de omnibus qua ratione funeris, in die funeris, 10  
obveniunt: *Fr. Emman. d. qu. 39. art. 2. in princ. Covar. in c. ult. de*  
*testam. Molin. de justit. tract. 2. disp. 215. num. 4.* etiam præter volunta-  
tem morientis: *Federic. de Senis. cons. 6. num. 2. in princ.* Item quæ  
cum funere portantur: *Gloss. verb. funerealibus in d. Clem. dudum. ubi*  
*Zabarell. vers. verum. num. 4. Azor. Inst. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 14.*  
*qu. 13. vers. funeralia.* sive antequam corpus sit in terra positum; sive  
post, & quamdiu sit de funere memoria. *Calderin. consil. 4. de se-*  
*pulchur. Leo in Thef. fori Eccles. part. 2. cap. 14. num. 12. Riccius. d. resot.*  
*571. Zabarell. d. loco. vers. tertio quæro. vid. Barbosa d. loco. num. 37. cum*  
*seqq. quæ dantur pro Missis dicendis: Gloss. verb. funerealibus. in d.*  
*Clem. dudum. §. verum. Bald. in repet. c. si pater. de testam. in 6. in qu. 6.*  
*Barbos. de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 86. num. 20. cum seqq.*

Non debetur de relictis aliis Ecclesiis seu piis locis, quam ubi quis 11  
sepelitur: *Gloss. & Abb. in c. 1. Et cum super. & c. certificari. 3. de sepulch.*  
*Vallens. in pr. d. tit. §. 5. n. 4.* nec de relictis pro fabrica, anniversario, or-  
namentis, cereis, luminaribus, vel aliis ad cultum divinum perpetuum; c.



*fin. de testam. Caraccia. d. cap. 4. vers. quare non. Bart. & Dd. in unum. ex 81. ff. de legat. l. nec pro equis armis, contra infideles excendis. c. in nostra. 10. de similt. d. c. fin. de testam. Molin. d. disput. 215. num. 8. Barbof. de offic. & potest. Paroch. d. part. 3. cap. 25. num. 47. Et jur. Ecclef. d. lib. & cap. num. 50.*

Debetur de omnibus mortis causa Ecclesie extranea, ubi spectatur, relictis: sive titulo donationis, de Clem. dudum. §. verum. & ibi Gloss. Federic. de Senis. consil. 4. num. 4. Gemin. conf. 46. Barbof. d. co. num. 48. Sive institutionis; Molin. d. disput. num. 4. per Abbat. tom. 1. num. 7. de sepultur. Sylvest. in Summa d. verb. Canonica portio num. 10. Barbof. d. loco. & num. Sive legati. c. 1. & 2. de sepult. Sylvest. d. loco in fin. Covarruv. ad d. c. fin. de testam. Fr. Emman. d. tom. 1. q. 39. art. 2. in princ. Molin. d. disput. & num. Oldrad. conf. 225. num. 6.

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.  
32

## TITULUS XV.

## De Legatis ad pias causas.

## SUMMARI A.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Fructus Beneficiorum etiam consistunt in Legatis ad pias causas. | 6. Sed prævia monitione.   |
| 2. Legatum ad pias causas quod.                                     | 7. An unica.   |
| 3. Executio ejus ad quem spectet.                                   | 8. Per quem decerni & sinuari debet.                             |
| 4. Quando.  | 9. Quæ partes hic Episcopi.                                      |
| 5. Et ante illud tempus heredes cogi possunt.                       | 10. Legatum ad certum usum relictum an converti potest ad alium. |
|   | 11. Quæ legatorum ad pias causas privilegia.                     |



**Q**uoniam ergo fructus & redditus Beneficiorum, de quibus tractamus, quandoque etiam in Legatis seu relictis ad pias causas in ultimis morientium dispositionibus constituentur, convenit ut hoc loco de ejusmodi Legatis tractemus; & dicemus breviter: 1. *Quae dicantur talia*: 2. *Ad quem eorum pertineat executio*: 3. *An & quando in aliud opus commutari possint*: 4. *Et quae praeter ceteris Legatis habeant privilegia.*

Quod in ultima voluntate relinquatur intuitu Dei; *Abb. in pro 2 amio Decretal. in §. Gregorius divid. numer. 25. & 26. ubi Felinus verb. Gregorius Episcopus. numer. 25. Tyraqu. tract. de privileg. pia causa. in praefat. numer. 3. Ecclesiis, capellis, monasteriis, piis locis aliis, Tyraquel. d. loco. vers. primus igitur. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 3. numer. 18. Magdalen. de numero testium. in testam. requis. cap. 1. numer. 26. & cap. 2. numer. 1. Barbos. lib. 3. Jur. Eccles. univ. cap. 27. numer. 12. & personis pauperibus, Alberic. in l. nulli. numer. 27. Cod. de Episcop. & Cleric. Mantica, d. tract. lib. 3. tit. 3. numer. 22. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 115. numer. 2. Bald. conf. 230. lib. 7. Sanchez. de matrim. lib. 1. disp. 4. n. 9. licet consanguineis; Jason. conf. 183. col. 2. in princ. vers. 6. vol. 2. Boer. decis. 94. numer. 2. Tyraquel. d. loco. numer. 16. & 17. arg. can. non satis. dist. 86. Gloss. in c. 1. de cobab. Cleric. & Mulier. ubi Abb. numer. 4. & pro animae salute, & peccatorum remissione: 5. Tyraquel. d. loco. vers. item relict. un. pro anima. Alex. conf. 209. lib. 2. Costa in c. pater. 1. verb. in suo testam. numer. 8. cum seq. de testam. in 6. Molina de justit. tract. 2. disput. 134. Benedic. Aegid. in repetit. l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. part. 3. in init. numer. 1. Ciarlin. controvers. forens. cap. 5. numer. 9. & cap. 33. numer. 25. dicitur legatum ad pias causas.*

Executio ejus spectat & ad Judicem secularem, & ad Ecclesiam 3 sticum; *Novel. 131. cap. 10. cum ejus ad utrumque forum spectet cognitio l. hereditas. cap. 53. in fin. ff. de petit. hered. ubi Gloss. text. in l. nulli. 28. Cod. de Episc. & Cleric. Auth. hoc amplius. Cod. de fideicom. Concil. Tridentin. sess. 22. de reform. cap. 8. in princ. Barbosa d. loco. numer. 22.*

Facienda, si tempus à disponente praefinitum, statim ab 4  
ejus



eius clapsum ; non ante : *Abbas in c. nos quidem. 10. de testam. ubi Covarruv. num. 1. in 1. conclus. Molin. d. loco. disp. 251. si non ; intra menses sex : Novel. 131. cap. 12. §. si autem legatum. Abbas in c. nos quidem. num. 10. de testam. Covarr. ibid. in princ. Molina. d. disp. 251. col. 1. propè fin. si fieri potest : aliàs latius tempus à jure largitum : d. c. nos quidem : ubi intra annum. Novel. 131. cap. 10. ubi intra quinque annos.*

Currit hoc tempus ab insinuatione , seu publicatione testamenti. *d. Novel. 131. cap. 12. §. si autem legatum.*

5 Possunt tamen heredes, sed postquam hereditatem adierint ; *fac. l. si nemo. 9. cum seq. ff. de testam. tut. l. qui filio. 38. ubi Gloss. verba her. ff. de hered. instit. singul. sec. Covarr. d. loco. Menoch. de success. §. 27. num. 4. Costa in c. si pater. verb. deferuntur. num. 3. de testam. in 6. Abbas in c. nos quidem. num. 11. Covarr. num. 3. Molina d. loc. statim ; arg. d. qui 41. §. quoties. ff. de verb. oblig. l. quod dicimus. 105. ff. de damn. cedere diem. 1213. ff. de verb. signif. l. in omnibus. 14. ff. de derog. jur. etiam ante istius temporis lapsum, à Judice vel ex officio, vel à partis petitionem, ad executionem voluntatis testatoris compelli ; Cum illud spatium non in favorem heredum, aut executorum, sed defunctorum sit præfinitum. *Post Abbat. Covarr. & alios Molin. d. disp. col. 6. Benedict. Egid. in repet. l. 1. Cod. de SS. Eccles. part. 6. §. 1. num. 27. Qui præsumuntur velle, quanto citius fieri potest, impleri suam voluntatem, arg. l. cum res. 49. pr. ff. de legat. 1. & ibi Barr. Gloss. in l. 4. §. in pecunia. ff. eod. Abbat. in d. c. nos quidem.**

6 Præcedere tamen debet monitio ; *d. c. nos quidem ubi ; cum commoneas, & tunc per te adificetur. saltem generalis ; Felin. in c. cum sit Romana. num. 20. vers. 9. de appellat. Henricus de Synodo Episcoporum. part. 3. art. 2. num. 129. Barbof. Jur. Eccles. univ. lib. 3. cap. 27. numer. 37. præcisè, si agatur simul de potestate exequendi devolvenda in Judicem ; d. c. nos quidem ; & l. d. unoquoque. 47. ff. de re judic. aut Episcopum ; Abb. num. 8. & 10. in d. c. nos quidem. Covarr. ibid. num. 2. obicit Ancharan. Card. Bald. Rochum & alios. ut constat de calliditate, aut negligentia heredis. d. c. nos. quidem. Papa Gregor. lib. 3. epist. indit. 12. epist.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV

32



12. epist. 10. ubi: negligentia, vel calliditate distulerit. Et: tunc volumus, ut fraternitatis tua edificetur studio.

Sufficit ad hoc unica: d. c. nos quidem. ibi commoneas. c. tua no-7 bis. in fine. ibi: monitione premissa. de testam. Bart. Salicet. in Auth. hoc amplius. Cod. de fideicom. & ibi Jason. num. 3. Padill. num. 16. Guiliel. in c. Rayautius. vers. si absque liberis. d. 2. num. 201. Menoch. de arbitr. cas. 498. num. 53. Sed, si simul agatur de privatione emolumenti, quod esset habiturus Executor, requiritur bina: & sic interpret. Gloss. in verb. monitus. in d. Auth. hoc amplius. Alexand. in l. ult. ff. de feriis. Guiliel. d. num. 201. per d. Novel. 131. cap. 11. vers. si autem qui. ibi: semel & secundo. Auth. licet. ibi: semel vel bis. eod. de Episc. & Cleric.

Decerni debet, per iudicem ipsum; & sic intell. d. c. nos quidem & ibi Abb. & de Auth. hoc amplius. & ibi. Angel. num. 2. Jason. num. 3. Guiliel. d. verb. absque liberis. & alii citat. à Cinedo ad Decret. collect. 114. num. 3. insinuari potest per epistolam, aut publicum ministrum; & sic intell. Padill. in d. Auth. hoc amplius. num. 16. fac. Gloss. in l. fancimus. 13. Cod. de judic. Barbof. d. loco. num. 36.

Ubi de negligentia heredis constat; tenetur Episcopus Testatoris exequi mandata. d. c. nos quidem. in verb. secundum D. Thomam. 2.2. quest. 88. art. 1. & Sot. de justit. lib. 7. qu. 1. art. 2. preceptum importantibus, per te edificetur & assignentur, quibus similia habentur in c. si heredes. 6. de testam. vid. Barbof. d. loco. num. 40. Licetis interdixerit, ne ad Episcopum devolvatur Executio. c. tua nobis. 17. de testam. ubi Gloss. verb. interdiu. d. Auth. licet. Cod. de Episc. & Cleric. d. Novel. 131. cap. 11. Covar. in d. c. tua nobis. numer. 6. Ripa in l. nemo potest. num. 127. ff. de legat. 1. Sarmiento select. lib. 1. cap. 11. num. 13. Cum hoc sit ineptum. Ergò. l. servo 116. §. ult. ff. de legat. 1.

Nec etiam impedit prohibitio testatoris, ne ab Executoribus reditio exigatur rationum; quominus eas possit exigere Episcopus. fac. Clem. un. in fine. de testam. Jacob. de Canib. de execut. ult. volunt. part. 2. §. nobiscum. num. 1. cum seqq. Barbof. d. loco. num. 42.

Legatum ad piam causam, ad certum usum à testatore relictum, potest convertere potest Episcopus ad alium, suadente hoc justa & rationabili causa, Barbof. d. loco. n. 47. post infra alleg. Dd. & tum debet; Con-  
[M m m] cil. Tri-



*cil. Tridentin. sess. 22. de reform. cap. 6. sed tantum vice una; & consentiente testatoris herede: Marian. Socin. tract. de oblation. lib. 19. n. 13. Cuch. Inst. Major. lib. 2. tit. 9. Qualis si non subsit, non potest citra auctoritatem Pontificis: Clem. quia contingit. de relig. domib. paroch. Gloss. verb. sedis Apostolicae. Cened. pract. & Canon. quest. lib. 1. quest. 35. num. 15. nisi commutandi necessitas urgeat aliunde, & adiri non potest summus Pontifex. Monet. de commut. ult. volunt. cap. 5. num. 24. Et nequidem cum illa; nisi ad alium usum pium; voluntati detur & proximiorum. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 8. Barboza d. loc. num. 58. cum seqq.*

**II** Habent Legata ad pias causas prae aliis multa privilegia: Enumerat ea Baptista de Toro. in singular. piar. caus. & in Sum. Privileg. piar. causar. enumerabimus nos certiora.

**I.** Censentur valida, quotiescunque tantum de testatoris mente, & legandi potestate constiterit. *c. indicante. 4. de testam. c. cum dilectus. de success. ab intest. 2.* Licet in genere pauperibus, aliisque incertis personis sint relicta: *l. id quod. l. nulli. Cod. de Episcop. & Clero. in c. cum tibi 13. Gloss. verb. dispositionem. de testam. Tiraquel. de privileg. piar. caus. privileg. 55. & 56. 3.* Alterius voluntati instituto heredis commissa. *d. c. cum tibi 13. & ibi Covarruv. num. 12. l. fideicommissaria. 46. in princ. ff. de fideicommiss. libert. Tiraquel. priv. 64. 4.* Sit captatoria: *fac. c. per tuas. 5. de donat. can. ult. 20. qu. ult. Barboza d. l. Cod. de SS. Eccles. Tiraquel. d. priv. Trentacinqu. Var. resolut. lib. 1. tit. de pia causa. resolut. 1. à princ. 5.* A filio familias: *Barboza d. l. num. 23. Cod. de succes. Eccles. Alexand. in l. senium. 3. §. 1. Cod. qui testam. fac. poss. Covarr. in rub. de testam. part. 3. num. 2. Crassus. §. testamentum. quest. 17. num. 12. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 79. num. 20. 6.* Religiosis nihil proprii in commune habere valentibus; pro alimentis, aut ad cultum divinum: *Sorb. in compend. privileg. mendicant. verbo legata. in annot. vers. si verò aliquid. Card. in Clem. ex vi. num. 13. Alchar. num. 8. & 21. Cordub. in reg. S. Francisci. cap. 6. qu. 11. part. 3. Fr. Emman. qu. Regul. tom. 2. qu. 126. art. 5. Barboza d. loco. num. 73. cum seqq. 7.* Heres hereditatem non adeat, aut repudiet: *Benedict. Equil. in d. l. 1. Cod. de SS. Eccles. part. 3. §. 2. num. 115. Covarruv. in c. Raynaldus.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Eccles.

G IV.  
32



naldus. §. 3. sub num. 10. de testam. 8. Detractionem Falcidia non patiuntur : *Auth. similiter. Cod. ad leg. Falcid. Tyraquel. d. tract. privileg. 26. Covarr. d. §. 9. numer. 7. Peregrin. de fideicom. artic. 3. à numer. 62.*

9. Soluta indebitè, per conditionem non repetuntur : §. *fin. Just. de obligat. qua ex quasi contr. Tyraquel. d. tract. privileg. 125.* 10. Si Ecclesie simpliciter, non expresso cui relicta valent & debebuntur; aut parochiali; *d. Novel. 131. cap. 9. & ibi Gloss. Tyraqu. d. tract. privileg. 56. Menoch. de success. §. 27. num. 43. Costa. in c. si pater. verb. pauperes. num. 13. de testam. Grass. §. legatum. qu. 64. aut pauperiori: d. Novel. 131. cap. 9. Gomes. var. resolut. tom. 2. cap. 11. num. 8. octava conclusio. Grass. d. loco. n. 5.* 11. Debentur etiam ex testamento nutu & signis condito : *Gloss. in c. cum tibi. de testam. Tyraqu. d. tract. priv. 8. Magdalen. de num. test. in testam. requis. part. 2. cap. 12. num. 35. Clar. §. testamentum. qu. 6. n. 7. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 3. num. 15.* 12. Ut & cui tantum subscripserint testes duo : *c. relatum. il. 1. de testam. & ibi Canon. & Covarr. num. 1. vers. hac verò decretalis. Tyraqu. d. tr. priv. 1. Clar. d. loc. quest. 6. num. 1. Boër. decis. 93. Magdalen. d. part. 2. cap. 3. à princ. 13. Imò si nulli : Menoch. consil. 167. num. 20. & cons. 224. num. 59. cum seqq. Mantica d. tract. lib. 6. tit. 3. num. 13. Magdalen. d. loco. num. 17.* 14. Relicta pro dotandis pauperibus puellis, & dari possunt sine dote nuptis : *Navarr. quest. forens. 125. etiam viduis : Baptista de Toro in Sum. privileg. piar. causar. priv. 84. &c.*



## TITULUS XVI.

## De Diariis seu distributionibus quotidianis.

## SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Continuatio.   | nas quibus competat.  |
| 2. Cur dicuntur Distributiones.   | 12. Quomodo assignanda.   |
| 3. Sunt Duplices : Et quae.   | 13. Beneficiatus de iis disponit liberè.                                  |
| 4. Earum definitio.   | 14. Nonnulli, licet absint, eas lucrantur.                                |
| 5. Quomodo appellentur, improprie.  | 15. Quae legitima absentia caussa.  |
| 6. Quando computentur inter Beneficiorum fructus.   | 16. Dictis exceptis, eas amittunt ipso iure, de iuris qui non inter sunt. |
| 7. Cur instituta.   | 17. Qui censeantur non interesse.   |
| 8. In Ecclesiis si non sint, secundum Consilium Tridentinum tertia pars fructuum seponenda. | 18. Eorum distributiones quibus accrescunt.                               |
| 9. Ex quibus Beneficiis.  | 19. Amissa remitti nequeunt.  |
| 10. Secundum quem Valorem.  | 20. Nulla veniunt in condemnatione fructuum.                              |
| 11. Jus percipiendi Distributiones quotidianas.   |   |

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.  
32



**S**equitur de *Distributionibus quotidianis* : cum & benefici-  
orum sint fructus : & nonnunquam per se beneficia. 1

Appellantur *distributiones*, quia juxta cujusque me-  
rita ac laborem ac qualitatem distribuuntur. 2

Sunt duplices. Quaedam *præbendarum vice funguntur* : Quæ-  
dam à *præbendis sunt separata* atque distinctæ. 3

*Illæ* sunt Ecclesiarum, quarum fructus omnes reponuntur in  
communi, & distribuuntur Canonicis. *vid. c. olim. de verb. signif. &*  
*Decian. cons. 43. vol. 1. Menoch. cons. 436. num. 25.*

*Hæ* sunt Ecclesiarum, in quibus Canonici habent præbendas cer-  
tas, & præter eas, distributiones quotidianas, pro interessentibus di-  
vinis officiis. *vid. c. fin. de rescript. in 6. & c. un. de Cleric. non resident. in*  
*6. & c. ult. de concess. præbend. in 6.*

Dicuntur in jure Civili *diapira. in Novel. 123. cap. 3.* Latinè *Emo-*  
*lamenta* : Vulgò *Præsentia* : & *distributiones quotidiana* : Quæ iis  
qui quotidie horis Canonicis, divinisque officiis interfunt, quasi quo-  
tidianum & diurnum stipendium distribuuntur.

Definiri possunt, stipendia quædam personalia, quæ ex redditibus  
Ecclesiæ, præter præbendam aut portionem certam pro beneficio com-  
petentem, Canonicis & Beneficiariis, seu Clericis, divinis officiis inter-  
essentibus tribuuntur. 4

Nuncupantur & *Beneficia Manualia. in c. d. c. olim. & d. c. un. de*  
*Cleric. non resident. in 6.* Quia divinis horis interessentibus dantur ad  
manum. *Duar. de benef. lib. 7. cap. 4.* Non tamen propriè. 5

Imò nec propriè appellatione reddituum beneficii veniunt. *c. licet.*  
*de præbend. c. 2. de privileg. in 6. Barbosa de appellativa verb. utriusq.*  
*juris signif. appell. 251. num. 5.* Ut nec appellatione fructuum ; *fac.*  
*Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. præterea. Covarr. lib. 3.*  
*resolut. cap. 13. num. 1.* cum dentur ratione certi ministerii personalis.  
*c. licet vobis. cum Gloss. de præbend. Fr. Emman. quest. regular. tom. 2.*  
*qu. 74. art. 4.*

Computantur tamen inter fructus, redditus, & proventus bene-  
ficiorum, quando agitur de sola consideratione & æstimatione bene-  
ficii, 6



ficii, quæ in beneficiis solet exprimi ad hoc, ut Papa sciat valorem ipsius  
*sec. Gemin. in c. fin. & Franch. num. 1. de rescript. in 6.*

Imò & semper, sed secundum subjectam materiam. Ut si agatur de fructibus alicujus Canoniciatus non habentis præbendam, aliove fructus præter distributiones quotidianas. *Gemin. in cap. pragmat. num. 19. de offic. Ordin. in 6. Prob. ad Monach. in d. c. un. num. 60 & 61. de Cleric. non resident.*

- 7 Institutæ hujusmodi *Distributiones quotidiana*, ut Clerici, præter spiritualia præmia, quæ à Deo pro officiis divinis consequuntur, acciperent, & stipendium temporale pro victu ab Ecclesia; *can. Cleric. victum. dist. 20.* eò lubentius & diligentius pro recitandis officiis divinis convenirent ad eam, *d. c. un. de Cleric. non resident. in 6. Ugolin. de offic. Episc. cap. 19. §. 2. & obirent munera sua. Ugolin. de Simon. tab. 1. cap. 9. §. 6. num. 4.*

Unde & in *can. licet. de præbend.* constitutum, ut interessentibus divinis officiis tribuantur tantum, nullâ contrariâ consuetudine obstante: si non præsentibus eas recipere, ad restitutionem condemnantur; *per d. c. un. Quod tamen patitur exceptiones. De quibus infra.*

- 8 Voluit Concilium Tridentinum *sess. 21. de reform. cap. 3.* ut in Ecclesiis, ubi distributiones quotidianæ vel nullæ sunt, vel tenues, tertiam quorumcunque fructuum & reddituum omnium beneficiorum partem separari, & in distributiones quotidianas converti, dividique proportionaliter inter divinis officiis interessentes.

- 9 Sed ea deduci non potest, nisi ex Canonicatibus & Beneficiis residentiam in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis requirentibus: *Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num. 473. Ugolin. de offic. Episc. cap. 19. §. 2. num. 4.* Nisi ipsa beneficia præbendis Canonicalibus sint incorporata: *Piassec. in prax. Episc. part. 2. cap. 3. num. 7. vers. de distributionib. Zorola in praxi Episc. part. 1. verb. distributiones quotidianæ. §. 2.*

- 10 Deducenda secundum valorem currentem; *Garc. d. part. 3. cap. 2. num. 467. & cap. 4. num. 22. & verum; Garc. d. loco. & pensionibus & oneribus impositis deductis. S. Concil. Congreg. sub die 7. Aprilis 1629.*

Corvinus  
 De Personis  
 et Benefic. Ecclesiast.

G IV  
 32



Jus autem percipiendi Distributiones quotidianas competit Ec-<sup>11</sup>  
 clesiarum Cathedralium & Collegiatarum Canonicis, *d. c. un. de Cleric.  
 non resid. in 6. Clem. 2. de atat. & qual. Extrav. nonnulla. §. praterea. de  
 prabend. c. licet. de prabend. Concil. Trident. d. sess. 21. de reform. cap. 3.  
 & sess. 24. de reform. cap. 12. vers. praterea. Clericis: d. c. un. punct. d.  
 Clem. 2. & Concil. Trident. d. cap. 12. vers. praterea. Monet. de distribut.  
 quotid. part. 2. qu. 1. ex num. 1. Canonicis in atate dispensatis. §. Congr.  
 Concil. in una Reatina. 10. Julii 1627. Barbof. Juris Eccles. univ. lib. 3.  
 cap. 18. num. 26. Etiam regulariter, supernumerariis & cum expecta-  
 tione prabendæ creatis; Ludov. Gomez. tract. de grat. expectat. num.  
 48. Staphil. de form. expect. formul. 1. num. 8. & 12. Barbof. d. loc. num.  
 27. cum seq.*

Assignandæ singulis horis Canonicis & Missis conventualibus; <sup>12</sup>  
*Gloss. in verb. ordinationem in d. c. un. de Cleric. non resident. in 6. &  
 verb. Canonicus. in Clem. 1. de celebrat. Missar. Sanctarel. variar. resolut.  
 qu. 12. num. 4. integris: Monet. d. p. 2. qu. 4. num. 14. Nisi consueto  
 sit contraria: d. Clem. 2. de atat. & qual. ubi Gloss. verb. certis horis.  
 Cardin. qu. 17. Anchar. num. 8. Imol. num. 33. spatio annorum quadra-  
 ginta introducta. Monet. d. part. 2. qu. 3. num. 47. per c. fin. de consuet.*

Harum distributionum quotidianarum dispositionem habet Be-<sup>13</sup>  
 neficiarius liberam. Quia carum est dominus. *d. c. un. de Cleric. non re-  
 sident. in 6. Domin. in c. presenti. 9. de offic. Ordin. in 6. num. 16. cum  
 seqq. & Franch. num. 10. & in d. c. un. §. quia verò. à num. 3. aliig. all. per  
 Barbof. d. lib. cap. 17. num. 31.*

Distributiones quotidianas, præter supra enumeratos nonnulli, <sup>14</sup>  
 licet à Choro absunt, & divinis officii non sint præsentis, lucrantur  
 ex privilegio aliave causâ rationabili: Nempe 1. Auditores Rotæ  
 Romanæ: *ex constit. Clement. VIII. incip. convenit. sub dato nonis Au-  
 gusti 1525. Sanctarel. var. resolut. qu. 11. num. 1.* 2. Inquisitores in hæ-  
 reticam pravitatem: *Sanctarel. d. qu. 11. num. 3.* 3. Collector Gene-  
 ralis Cameræ Apostolicæ, Subcollectores, Advocati, Procuratores  
 fiscales, & Notarii in causis jurium dictæ Cameræ, durante eorum fun-  
 ctione: *Constit. Sixti V. dat. 8. Martii 1590. Sanctarel. d. qu. num. 6.*  
 4. Archi-



4. Archidiaconi, aliive Canonici visitantes Ecclesiam propriam, jura redditusve præbendarum suarum: *Garcias de benefic. part. 3. cap. 2. num. 332. cum seq.* 5. Poenitentiarium, audientes in Ecclesia, dum recitantur officia divina, confessiones: *Riccus in praxi fort. Eccles. decis. 498. in edit. 1. Monet. d. distribut. quotid. part. 2. qu. 11. num. 64. cum seqq.* 6. Præbendam Theologalem habentes in diebus, quibus præbentur: *Garcias d. cap. 2. num. 118. Monet. d. loco. qu. 10. num. 27.* 7. Interessentes generali Concilio: *Bartholom. à S. Fausto. de horis Canon. lib. 3. qu. 52. Trullench. in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 12. in princ. num. 7.* 8. Animarum cura actu in Ecclesiis, ubi suos habent Canonici, vel dignitates, *Bartholom. à S. Fausto d. lib. 3. qu. 76. incumbentes: Leo in Thes. Fori Eccles. par. 3. cap. 2. num. 24. Zevul. d. loco. num. 3. vers. secundo debentur.* 9. Papæ privilegium habentes: *Gemin. num. 4. Frauch. num. 3. in c. un. de Cleric. non resident. in 6. 10. Missi ab Episcopo ad visitanda, ejus nomine, Limina Apostolorum: Riccius in d. praxi decis. 408. Barbof. lib. 3. Juris Canon. tit. cap. 18. num. 48. Leo in Thesaur. fori Eccles. cap. 2. n. 23.* 11. Episcopum ea visitantem comitantes: *S. Congregat. Concil. in declar. sup. decret. Sixti V. cap. 12. in verb. fructuum. §. canonici. Leo d. loco.* 12. Ex causis legitimis absentes: *d. c. un. de Cleric. non resident. in 6.*

15 Causæ absentia legitima censentur: 1. Utilitas Capituli: *per d. c. un. Riccius in d. praxi resol. 389. qu. Seraphin. decis. 1239. part. 2. Barbofa d. loco. num. 52. cum seqq.* 2. Canonici infirmitas: *d. c. un. Covarruv. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. Gomes. in reg. de infirm. resig. qu. 9. vers. 47. puta, si gressus ipsi sit difficilis: Menoch. de arbitr. jud. casu 60. num. 14. cum seq. lumine oculorum captus: Monet. d. part. 2. qu. 6. num. 16. podagra aliove morbo laboret: Monet. d. loco. num. 18. ita ut Medicorum opera indigeat. Barbofa d. loco. à num. 58. usq. ad 62.* 3. Senium: *Leo d. num. 27. Monet. d. part. 2. num. 7. Riccius d. resol. 389. num. 7. Zypæus in Juris Pontif. Novi Anal. tit. de Cleric. non resident. num. 3.* 4. Metus occisionis ab inimicis: *Covarr. d. lib. 3. cap. num. 8. vers. decimo. Monet. d. part. 2. qu. 5. num. 71. bello, Sforz. Oddo. de in integr. resit. art. 9. num. 92. Menoch. de arbitr. casu 153. num. 12. pelle,*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.  
32



peste, *Menoch. d. loc. num. 10. Oddo. d. loco. num. 94.* 5. Incarceratio in-  
 justa: *Covarr. d. loc. num. 8. vers. undecimo. Zerola. d. loco. §. 8.* 6. Re-  
 legatio: *Covarruv. d. loc. vers. decimo.* 7. Excommunicatio: *Covarr.*  
*d. loc. num. 8. vers. ceterum.* 8. Suspendio: *Monet. d. part. 2. qu. 15.*  
*num. 46.* 9. Interdictio: *Parif. conf. 32. num. 24. vol. 4.* 10. Pri-  
 vatio: *S. Congreg. negotiis Episcop. & Regul. præposita. 26. Maji 1625.*

Dictis exceptis, qui divinis officiis non intersunt, distributiones 16  
 quotidianas amittunt, & quidem ipso jure, *d. c. un. §. qui vero. Concil.*  
*Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. distributiones. Sanctarell. var. re-*  
*solut. lib. 1. qu. 13. num. 1.*

Non interesse censentur, qui absunt à choro, qui præsentibus in 17  
 choro non cantant ipsi: *c. dolentes. de celebrat. Missar. Concil. Trident.*  
*d. cap. 12. vers. omnes vero. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 145. num. 5.*  
*Comitol. respons. moral. lib. 1. qu. 62. aliq. alleg. per Barbof. d. loc. num. 80.*  
 Nisi Ecclesiarum alia sit consuetudo: *Barbofa. d. loc. num. 83.* qui in  
 choro dormiunt, confabulantur: *Suar. de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 14.*  
*num. 9. Squillante de obligat. Cleric. p. 1. num. 61.* sed hi non in to-  
 tum: *Barbof. d. loco. num. 65.* propter suam præsentiam: *Trullench.*  
*in præcepta Decalogi. lib. 1. cap. 8. dub. 3. num. 6. in fin.*

Non interessentium distributiones accrescunt actu, *d. c. un. vers. 18*  
*statuimus. Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 3. & sess. 24. de reform.*  
*cap. 12. Barthol. de S. Fausto, de horis Canonic. lib. 3. qu. 88. interessenti-*  
*tibus: sec. Gloss. verb. pars dimidia. in Clem. 2. de atate & qualit. vid. &*  
*verb. suspensio. in Clem. 2. de vita & honest. Cleric. Concil. Trident. d. cap.*  
*12. & sess. 21. de reform. cap. 3. Nisi consuetudo sit, ut convertantur in*  
*Ecclesie utilitatem: Barbofa. d. loc. num. 87. post Monald. conf. 27.*  
*num. 4. vel omnes à divinis officiis abfuerint: Cassad. ad d. c. un. num.*  
*3. Covarr. d. cap. 13. num. 7.*

Amiffas ob non residentiam, nec Episcopus, nec Capitulum, ei 19  
 qui amiffit, remittere aut condonare possunt: *Concil. Trident. d. cap. 13.*  
*vers. distributiones. Piasc. de praxi Episc. part. 2. cap. 3. in fine. Sanctarell.*  
*var. resolut. quest. 13. num. 7. Mendoz. de Cabedo divers. Juris argum.*  
*lib. 1. cap. 9. Riccius. d. praxi resol. 384. Stephan. Gratian. discept. forens.*  
*cap. 166. num. 31.*

[Nnn]

Perci



20 Percipientes distributiones quotidianas non tenentur tribuere Seminariis; tam antiquis, quàm noviter extractis: *S. Congreg. in declarat. 318.* nec ea veniunt in condemnatione fructuum: *Nisi in fine anni solvantur tota simul. Capud. Aqu. decis. 29. part. 2. Zerola d. lxx. vers. ad quintum.* Videantur quæ de hisce Distributionibus Quotidianis diximus in tractatu nostro de personis Ecclesiasticis *lib. 3. tit. 2. de Canonic. Secularib. à num. 19.*

Corvinus  
De Personis  
et Benefic. Ecclesiast.

G IV.  
32



LIBER